



**Georgius Valla Placentinus de tuenda sanitate per victimum et
quae secundu[m] cujusq[ue] natura[m] in uictu seque[n]da aut
fugie[n]da su[n]t.: Paulus Aeginata de ciborum facultatibus.**

<https://hdl.handle.net/1874/456558>

GEORGIVS

VALLA PLACENTINVS DE TV
ENDA SANITATE PER VI
CTVM ET QVAE SECVN
dū cuiuscō naturā in uictu sequē
da aut fugiēda sūt.

Paulus Aeginata de ciborum
facultatibus.

HENRICVS SYBOLD ARTIS
MEDICAE PROFESSOR. L.S.



N humanis uotis, Candidele
ctor, Plato ille diuinus, hunc
ordinem desiderat, ut primū
recte ualere, deinde formam,
postremo diuicias experamus
& prudenter quidē. Quorsū em uel pulchri-
tudinis, uel bōorū (qd aiūt) Myrmecia, si cor-
pre parū ualeas? Quid q̄so habere poterit
hec uita, citra bōā ualetudinē, suave, iucūdū
aut optabile? Vnde minus incepta, aut parū
cordata, uideri debet illorū sc̄iētia, q̄ felicit̄
tate humanā i sāitate corp̄is cōstituerūt. lam
x̄o i animi bonis Quid nō p̄t recta corp̄is
ualetudo: uerbo dicā, ut bñ uiuas, pri⁹ est
ut bñ ualeas, Quod cū ita habeat, Expedit
certe primā operā et curā tribuere his libris
q̄rū lectiōe aio, et recte ualitudini, recte cōsu-
lit. In hūc albū ni fallor iure retuleris libel⁹
lū Georgij Vallę q̄ docet ex media medicis
peritia, quo pacto p̄ rationē uic̄g sanitatē,
uel assequamur, uel tueamur, Plausibile est
argumentū libelli, et sīlū orationis, sed res ip̄
sa magis iuuabit eū, qui cū Flacco x̄e sentit
Non est uiuere sed ualere uita. Vale.

GEORGIVS VALLA PLACENTI
NVS DE TVENDA SANITATE
PER VI CT VM ET Q VAE
secundū cuiuscq; naturā in uictu
sequēda aut fugiēda sūt.



Vccum sere bonū
lac gignit cū bibit
statim mulctū. Sus
mēdum uero ante
cibum potumque
omnem, nec quicq;
aliud cū eo quoad
concoctū digestūq;
sit. nam siquidam
isceas corrumpitur Matutinus ergo sumito
& clēmenter obambulato quia primum
citabit aluum, post id alet plurimū, nec am-
plius ciet, sed sistet aluum, post lac, oua galli-
narum sorbilia, mala sunt anserum, Carnes
præcūctis gallinarū & phasianorē gallorū
& testiculi uolatiliumq; reliquarū, ut p̄dicis
columbos anseres, anates, querquedulas, in-
primis coturnices uitato, illæ difficulter cō-
coquuntur, hæ neruos etiam non mediōcri-
ter offendunt, superflua gignunt multa an-
serum, & anatum, & cignorū, & ciconiarū

Luporū
laudatissi
mi qui ap
pellāt lana
ti a cādore
mollitiaq;
carnis
Pli. lib. 9.
Cap. 17

harum minus malæ iuuenes, pernicioſa ue
teres omnes, meliores exercitatę, ut agrestes
q̄ cortales, quæ aridiores, q̄ pinguiores, quæ
per purum uolitant aera, q̄ quæ in stagnis
quæq; mollem habeant carnem, eis possis
uel saturari. uel etiam expleri, alia parce co
medenda, ex terrestribus hedi agnis preſerū
tur, elixa toſtis, toſta frictis, ex pilcibus mari
nis, fluuiatiles antecedunt, & saxatiles ceteris
meliores, inter quos mugilis et lup⁹ de quo
rum natura dicetur posterius suo loco. Pre
terea duriores ingētes triglæ inter pisces pre
ſtant qui glutinosi non ſunt, quicq; gulfum
non offendunt, inter terrestria multi nutriti
menti fues præcipue agrestes, & exercitati
præ cæteris porculi, uel anniculi, aur qui bi
matum necdum peregerint, pedes, rostrum
panis purus frumentaceus bene paratus, ha
lica, oriza, ordeum egregie concinnatum,
leguminum fabæ, fructuum ex arboribus,
ſicus recentes, aut aridæ, uuę penſiles aliquā
diu, cito concoctæ bonum succum gignūt.
At cum diutius in alio continentur pernici
osæ, quare citanda subducenda aluus eſt ua
ſe profunt, qui post alia edulia ſicus, uel re
centes, uel aridas comedunt non mediocriſ
ter offenduntur. Castaneæ mali ſucci non
ſunt.

Sunt. Pistacia amygdala, boni ex hoheribus
laetucæ. intiba, buglossa nam hæc citra atrā
bilem nutricant, inter uina quæ bene olen.
ac potum suauem habent, opilatione acces-
dente cōmo nemur ius sumere cum uino ie-
nui, & albo, & cæpis, & alijs decoctis condi-
tis præcipue in hyerne, pipere, origano, sina-
pi, apio, petroselino, menta, beta, ruta, aneso
ut condita pro cibo habeamus.

Que bene cōcoquant.
Panis bene instructus, tā fermento, q̄ co-
citur a sale aliquantiulo, ex pīcībus saxatiles
omnes gobiusq; omne genus uolucrū que
sub esum uenient, pulpæ dēsæ, ut gallinarū
caro, ut perdices, phasiani, atagenæ, optimæ
iuuenes, & sub axillis pingues. deterrimæ
graciles macræq; & ueteres. anserculorum
iecur lacte nuritorum, aliarumq; ita altarū
uolucrum testiculi, in bubulo genere uituli,
in caprino hædi, et horum omnium que in
aridis aluntur locis, oua recentia, & sorbilia
intibum, lactuca, malua, colocynthia. cocta
parum.

Concoctu difficultia.
Caro caprina, bubula, ceruina, pessima
hirci, inde arietum, inde taurorum, & cūcta
senilia difficulter concoquuntur animalia. al-

A ; uus

aluus difficilis concoctu. intestina, cor, secur
aures, caudæ, renes, præcordia omnia. Ce
rebrum senum, aialium testiculi, anseres, præ
ter alas, grues, cicoiæ, pauones, passerū caro
durior, magis turturis, limaces, caseus uetus
cōchylia, astaci, paguri, cammari, cancroiæ
omne genus, sepiæ, octipedes, calamaria, tri
glæ, oua iosta, faba, faselli cum siliquis, & fa
sellæ ipsi. cicer, oriza, lupini, panicum, lens, ca
gēera cara staneæ, glandes, siliquæ, citrei mali cortex,
bi, astaci, bulbæ crudi, radices holerum omnes, uina
mæ, pagu crassa, & musta non facile concoquuntur, &
ri heraclei omnis aqua per se.

Pli. lib. 9. Cap. 31. Stomachum confirmantia.
Câcrorū gēera cara Stomachum confirmantia.
Otici, leōes & alia ignobiliora Dactyli qui acerbiores, mala cydōia, oleæ
albæ, uuæ passæ, nuces cum sicubus aridis,
cardus pineus a græcis cínara nominatus,
sinapi, rapæ, napi, cum bene coquuntur car
damum, bulbus suscitant appetitum cappa
ris, citrei mali cortex, uinum acerbescens sub
ueniendi causa admittitur, ut stomachum
confirment absinthium, & aloë.

Stomachum subuelentia
Beta cum nimia assumitur, rapæ, et napi
mali stomacho cum crudi. Contra uero be
ne cocti, lac frigidū præcipue frigidis aliis,
quibus acumen gignit, calidis uellicatum,
febricitatibus pernicioſū, pepones male cocti

concocti, in bilem uertuntur cum nimis assu-
muntur. Cerebrum omne malum stomacho
uomitumque cit, ut etiam ossis medula, uinum
austerum, & astringens, & crassum, & mustum
Quae abstergent, secant, & opila-

tionem amouent.

Ordeum melopepon, uvae dulces, faba,
cicer in agis nigrum, capparis præcipue ex
oxymelle, uel ex oleo, bete succus, ac beta cum
sinapi, uel accio mansa, lapathus, bulbus, cae-
pe, allia, & porra cocta, namque bis uel ter as-
crorem deponunt, abstergent fucus, ideo uz-
rinam arenosam saepe a renibus abducunt
fucus aridae, amygdala, pistacia, brassica, mel
oxymel, uinum tenuem. si frigidi humores sint,
ac ueteres, uinum aquosum.

Quae opilant.

Lac parum habens casei cōcretū in case-
um lac uti eis non est tutum, quia renes offe-
dit, & calculos gignit, obstruitque iecur ita si-
cus cum pro nurimēto hñatur dulci obstru-
unt, ac cum amíscetur hyslopo, uel origāo
uel piperique prius manditur non mediocri-
ter, psunt, mel ipsum præcordia ledit, dactyli
uirides, ex silagine strūcta omnia splenē au-
gent et calculos gignunt, itidem farina cum
lacte, uinum dulce obstruit, & tumores au-
get intestinorum.

Quę aluum citant.

Cels.lib.2.

Cap.28.

At aluum
monēt pa-
nis fermē-
tatus, ma-
giscq; si cī-
barius uel
hordeace-
us est.

Lentis cum inter coquendū plurimum
bulit, itidem brassicę p̄cipue conditę oleo
& garo, concharū omnium ius, ac tefaceā
tunicam hñtium, ut astacorū & paguronū
similiumq;. nam ut dictum est, id piper etiā
facit facileq; aluum soluit, echini quoq; ma-
rini & concharum & conchyliū iura, & se-
num gallorum aluum ducunt. Panes quoq;
cibarij quod furfurum habeant plurimū
scenigręci ius cum melle coctum, sumpū
quantum satis sit subducit aluum, educitq;
malos ex iestinīs omnes improbos humo-
res, parum melis oportet ammiscere, ne uī-
licet, & mordeat. oleæ nigre cum garo ante
reliquum mansę cibum. iuuenilis animaliū
caro, magis q̄senilis subducit aluum, betaq;
& lapathus, caseus recens cum melle lictus.
colocyntha. pepon. sicut omne genus, uu-
dulces cum uuidae fuerint, cum puræ in al-
uum descendunt, & prius mansę aluum ci-
tant, post reliquum cibum deuoratæ si hu-
morem in aluo malum compererint corrū-
puntur. itidem colocyntha facit, nuces quo-
c̄ virides & aridae, iuglandes inquā mace-
ratæ. aqua diu aspersæ. tunicula superiore
illa tēui dempta. pruna damascena matura
recētia, aut arida melle perfusa si sola come-
datur

dantur. cerasa dulcia, cunctaq; humida, aq;
fac; in aluum accōmodata, quib; cōmode
uinum dulce adhibetur.

Quæ aluum astringant.

Dactyli, qui acerbiores, uuæ præmaturæ
grana myrti. unedones. pruna, malaq; acer-
ba. nam dulcia, et acuta aluum citant. sorba
astringunt. lac tostum, astaci. paguri. auella-
næ. concharum omne genus exempto iure
caro inquam ipsa. lens. & brassica secundo
cocta aluum astringunt, ut mediocriter co-
quantur, inde aqua profundatur. in aliam
super immittas aquam, & tamdiu ibi co-
quas, quoad remollescant brassicæ. oriza.
miliū. panicū. halica. ruta, caro leporina.
vintū acerbescens, & rufum.

Quæ mali succi.

Mali succi non una species est, sed alia pi-
tuitosa, biliosa, alia melacholica At ab homi-
ni mali succi edulijs abstinentū est, & si faci-
le concoquantur. Longo namq; tempore
malo humor intra uenas residet, & quādo
non putes offendit exigua oblata occasiōe
in putredinem exit, febresq; per molestas ef-
ficit. Sunt autem mali succi hæc, ouium caro
& caprarum. hircorum pessima. inde tauro-
rum. inter carnes ueteres lōge pessima lepo-
rum. Crassum nanc; generat sanguinem,

A 5 min⁹

Cell. lib. 2
Cap. 29
Contra a
stringunt,
panis ex si
ligine, uel
ex simila,
magis si si
ne fermen-
to est, mas-
gis etiā si
ustus est.

min⁹ mala bubula & ouilla humoris gignū
do. mali cœrū rēes, mali humoris testicu-
li animaliū, prætierq; gallorum. Mali succi ee
rebrū, spinæq; medulla. lien, lecur quoq; ali
quantulū præcipue suis. Cuncta animaliū
præcordia mali succi oua tosta, caseus antis
quus, lēs, panicum, milium, & id genus alia
quæ non boni succi. Inter pisces scorpij, or-
phi, trīglæ, ingentesq; pisces, & arborū oēs
fere fœtus minus alijs fucus mali humoris, iti
dem uuae dulces. aridæ fucus succos malos
gignunt. In cucurbitarū genere, quæ angu-
ria uocant, pepones, inter hæc melior colo-
cyntha si bene cōcoquatur, si male malū
generat humorē. Mala quoq; meriza, inter
holera nullū boni humoris. At quæ medio
quodāmodo habent intibū. lactuca, malua
portulaca blitum, lapathus, radices holerū
mali humoris, quæ acutæ, ut cæpæ, porra,
allia, brassicæ, caulis, rapæ, napi male cocti.
bulbi male cocti, cępe tamen & allia, & por-
ra cum cum bis bullierint, coctaç; fuerint
malum succū deponunt. uinum craſtū, &
male olens, & austерum mali humoris est,

Quæ pituitā gignant.

Animantiū neruosa membra, ut pedes,
& pelles, cerebrū, pulmo, spinæ, medulla,
caro agnina, caro crustaceam pellē habētiū
&

& carne mollium poma;

Quæ atram bilem gignant.

Caro bubula. caprilla. magis taurorum
& hircorum. leporum. aprorum. inter marinos
pisces cochliæ. inter holera brassicæ sale con-
ditæ. & aceto. & sale. inter legumina lès edus
lum melancholicum. post hanc cibarum panes
& miliacei. & panicum. uinum crassum. & aurum
in codem est genere.

Quæ flauam gignunt bilem.

Silique. cardiu pinei. qui cinaræ dicuntur.
Mel quoque facile biliescit in calidis corpori-
bus. necno uinum dulce. austernum quoque aqua
non dilutum.

Glutinosi humoris,

Panes siliginacei. ipsaque siligo. ossa. aures
animalium. fungi. porcina caro recens. & ag-
nina. & bulbi. & id genus alia.

Quæ crudos humores gignunt.

Dactyli uirides. radix rapæ. & napæ in nimia
consuetudine. & minus cocta. caro cru-
staceam pellem habentiū. duræ carnis ejus-
endo ex multa coctione ius. & quæ mollia
dicuntur. ut octopedia. sepia. calamaria. la-
certa. animalium terrestrium uenter. intestina.
uulua. coagulum. caseus mollis. lupini. uuæ cum
aluo cōmorātur. quæ & humores generat
frigidos. cum inu. canabis semen faba bulbi
rosti

rosti in oleo & garo cum aceto mansi. mel
spumosū, oxymel ut flatus diffringat panis
ordeaceus. cicer. fasellus mīlīum. lac frigidū
mīlīum. lac frigidū. mel coctū. uīnū dul-
ce. & austērum. fīcū recentes minus aridē.
siliquē faseliorū. faba frēsa, & frictū cicer.
ceruina caro. caprilla, bubula, leporina. suil-
la. renes. testiculi. cerebrum. spinē. medulla.
lingue. lac nīmis coctū. casei omnes. oua
dura. castaneę. uīnum dulce.

Quę implent alimento crudo.

Caro suilla. rapę. napi nīmīus usus. caro
crustaceam pellem, durāq; habentium cum
multū coquuntur, & quę molliſ dicūt car-
nis ſepię. thynnī. lacerti. partes animaliū al-
uus, intestina, uulua. casei. molles uux in ali-
uo retenę. faba, frēsa. bulbi in oleo, & garo
cocti. mel non despumatū. oxymel. cicer, &
aqua ciceracea. faselli. mīlīum. panīcū. das-
tyli uirides. lac prēcipue frigidū. mel co-
ctū. uīnū dulce, & austērum. fīcū prēcipue
recentes aridē. parum muſtū, & ſapa, & de-
ſrutum. caro ceruina. bubula. suille. renes. te-
ſtes. medulla. cerebrū. lingue. lac coctū. im-
pensius casei omnes. oua dura. castaneę. ra-
pe. napi. uīnū incoctū ouis.

Vino co-
gnata res
ſapa ē mu-
ſto decoct
o, donec
tertia pa-
ſſus ſupſit

Minus alentia.
Extrema animaliū uulua. aluus. intestina
caude

aures uolucris omne genus, minus alit qua
drupedibus, et uetera eis, que adhuc crescunt
crustaceam pelle habentium, que in ollis
carnis ut ostreæ crudæ panes ordeacei, panes
cibarj, amyrum, miliū, panicū magis, faba
uiridis, sycamina, amygdala, pistacia, dāas
cena, oleum nigre, iuglandes, zizipha, carno,
capparis, beta, lapathus, portulaca, iaphan
us, sinapi, cardamomū, asparagi omnes, cę
p̄, allia, porra cruda, minus sepius cocta co
locyntha, uue acerbæ ac minime pingues.

Quæ redundantia.

Anseres, anates, querquedulae, preter alias
cothurnices, seu miliarie, precordia omnia.
intestina, aues in paludibus pastæ, cicer, saba
uiridis, ouilis caro, & cunctorum animalium
cum primum nata sunt, & segnem uitam trah
hentium, pisces fluuiatiles, & paulustres, &
in luto, cœnoque uolutati, et celosa maris oia

Quæ non redundant.

Colla animalium, caudæ, alæ, & agrestium
caro, queç in aridis uitam ducunt locis.

Quæ crassos attenuant humores

Allia, cęp̄, cardama, porra, sinapi, piper,
organum, mentha hyssopum, apium petrose
linum, brassica radicula, scenicum, ruta,
anethū, cuminum, ordeum, saxatiles pisces,
mōrāq uolucres partæ, perdices, turri, igēies
uolucres

uolucres aliquandiu seruatae anteq; come-
dantur. fucus aride cum nucibus, & pistacijs
& amaris amygdalis medio habent modo
oliuæ. uinum album, & tenuë. oxymel.

Quæ sequenda, quæq; in uictu
uitanda sint.

Nunc per litterarū ordinem quo magis
obuia sint querentibus, quæ sequenda in
uictu, quæq; uitanda, ut cuiuslibet posulat
natura ostendemus, non ut in medicina se-
cimus, illic siquidem medendi causa etiam
quæ non māduntur ac bibūtur apposuit
hic ea dumtaxat, quæ depositi uiuendi ratio
ex cibis.

De agnina carne.

Agnina caro mediocriter calida redūda-
tem habet humiditatem, & ob hoc humili-
oris complexionis homines offendit. aridi-
oribus cōgruit, quantoq; iunior tam facili-
us concoquitur, at tanto humidior, ac ince-
teris idem comperias animantibus. humi-
diora enim quo magis iuuenilia.

De amygdalis.

Amygdala sunt mediocriter calida, nu-
triuntq; cōmode. sunt uero particeps tenuā-
tis & secantis porestatis, qua de causa præ-
cordiorū, & pectoris dicūtur cathartica. at
difficulter concoquuntur. amara dulcibus
sunt

Sunt calidiora, attenuantibꝫ magis ac secant
opilationes in iecinore, et liene abigunt, cal
culosq; in renibus & uesica conterūt. Tra
dunt etiam nonnulli q; si quis ieiunus utat
amygdalis, caput eo die dolitur. Ex amyg
dalís oleū mediocriter calidū, iecorisq; ob
structiōem, opilationēq; dimouet, prodestq;
plurimū thoraci, ac pulmoni. Ex amaris aut
amygdalís oleum efficacius ad omnia est
calculosq; atterit omnes, siue in renibꝫ, siue,
i uesica, mēstrua educit uteribus mulieribꝫ.

De angurijs.

Anguriæ uulgo appellatæ inter cucurbis
tas a plerisq; positæ. a quibusdam tetratura
nuncupatæ, frigidæ sunt & humidæ in secū
do gradu, & ob hoc frigidæ & humidæ cō
plexionibus hominibus officiunt, malūq;
generant humorem. ex ipsis minora maioz
ribus quidam aiunt esse præferenda urinam
citant, præseruit in febribus acutis, calorem
ad tēperiem perducūt si aceto conspergātur
Harum usus iugis iminuit semen, uenerisq;
amouet cupiditatem, eius semen arefactum
quandam nāciscitur caliditatem, ipsisq; an
gurijs contrariū gerit effectum. at uæhemē
tius urinam citat.

De amylo.

Amylum sit ex puro frumento aqua ins
perso

in perso, quodq; molis nō subiectatur inde
habet. per caniculæ aestus quinques in die
aqua aspergitur, cum remolleſcit amoue aī
quam. furfures demitto, ac confestim sub ſo
le anteq; acescat torreto, uim habet refrigerā
di, & mediocriter a refaciendi, & hac de cau
ſa torminibus conuenit.

De armoniaca.

Armoniaca facile corrūpuntur, ſanguis
ex iplis g̃ignitur malus. Sunt uero frigida et
humida in ſecundo gradu, perſicis ſucci im
probioris, aluū citant, flauam bilem pacat.
cum necdum maturuerūt, quæ in frequēti
uſu adhibita febrem faciunt, itaç; ante cibū
māducanda, nam poſt reliquū cibum inna
tant ipſi, ipſumq; corrumpunt natura ſua
facile ſolubili.

De anetho.

A medicis
calidum,
ſiccumq;
refertur a
netū Et
dicūtq; ſit
grad⁹ hu
ic i utroq;
secundus.
Macer.

Anethum calidū eſt et aridum in ſecundo
gradu prodest aduersum malorū humorū
flatuſ, & ipſū alij utile. alij infestū ſtomacho
prodiderunt. alij in eo calorem inuehementem
& uim cōcoquēdi, & in uentre flatuſ diſtra
ctionem cōtempſerunt. alij admirerūt, q; el
ſentiam crallā, diſſiculterq; concoquibilem
nauseam excitantem incoctum oleo diſtrā
hat, ſomnūq; prouocet, quodq; humores,
ac tumores illitum concoquat; ac uenit
flatuſ

flatus distrahat, offendit uero quorūdam
sententia renes.

De aniso.

Anisū calidū est & aridū in gradu tertio
prodest uero aduersus ex frigiditate ueteres
hepaticas affectiones. Item aduersus flatus
difficultates, quae ex pituita uim distrahēdi
habens, estq; potestatis amouendi ex uentre
flatus, satisq; ipsos extrudit, gignitq; lac.

De asparago.

Asparagus est inter omnia holera maxis
me alens, ut quidam ueriti nō sint inter car-
nes, et holera collocare urinam citat. iecino-
ris, & renum obſtructiones amovet. Con-
gruunt autem asparagi cœliacis, & renum
affectionib; ex pituita, augent semen, & ce-
lerius cæteris holericibus in sanguinē cōmu-
tantur. mēstrua educunt, utilesq; sūt aduers-
sus cordis tremores, nisi qd' stomacho non
semper conueniunt, ob hoc cōdiuitur garo
et oleo, uendum ipsis esti mediocriter coctis
non plurimum.

De astaci

Astaci frigidi sunt & humidi, aliiq; mul-
tum, aliumq; morantur, difficulter conce-
quuntur. præsertim maiores. caudæq; bra-
chijs difficilius concoquuntur, & crassiores
sunt, quare condiendi calidis rebus. uinum
B potadū

potandum uetus meraceum, & rufum.

De allio.

σκόροδον.
a Græcis
sunt allia di
cta latine
Huius uim
medici ca
lidā, siccā
& periti
In quarto
posuere
gradu.

Allium calidum est, & aridum in medio
quartū gradus, crassum, & glutinosū, crudus
muc humorem dispescit, ac secat, attenuat
habetq; non nihil mali succi, quod in aqua
coctum abñcit. Frigidis cōplexionibus sæ
penumero sanitatem affert. Offendit uero
calidas complexiones, inprimisq; oculos,
& caput, & pulmonē, & renes Propriū ha
bet ut sitim mitiger, quæ ex falsamenis ob
orta est, lumbricosq; perimit, flatusq; distra
hit. Quod si uilum offendit, aciem ex humili
ditate obtusam leuat ac reficit uisum, semē
arefacit in calidis corporibus at in frigidis,
humidisq; corporibus ipsū calefacit, salaxq;
est. Remedium est aduersus omnes serpens
tū morsus fere, ut theriaca. ob hoc Galenus
allium ait rusticorū esse theriacam. Fugiunt
ipsum serpentes tanq; sibi infestissimū, ideo
Persæ allio sontes muniunt, aiuntq; si duo
uenenū sumplerint, minus læsum iri, qui al
lium manducarit. Idem quoq; si a serpente
mordeantur, & perinde perhibent quidam
in allio nostrę caliditatis consimile calorem
esse. ob hoc partes in nobis solidas confis
mat, ut offendentia arceat, excutiatq; flatus
non distrahit modo. sed ipsorum esse orū
inhibet,

Inhibet, necnon a flatu colicas affectiones,
conferitq; uetus tis ischiadicis a pituita, cibū.
sanguinemq; tenuiorē reddit, faciemq; ruo
bore luccendit, ac asperā purgat arteriam.
Quod si torreatur, abroliscq; dētibus appo
natur, aut ex humiditate dolentibus iuuat
si cū melle conteratur, humidis capitī hul-
ceribus medicamen accedit aduersus arti-
culares, a pituita morbos iussescq; pdest ad
uerius uitiliges quoq;, & lepras. contra ui-
rulenios morsus non mansum modo, ut dī-
xim sed etiā appositum iuirat, atq; auertit
adeo ut etiam pulmonis medeatur hulceri-
bus, & strangurijs, necnon uentris frigidis
affectionibus. offendit uocem, hæmorrhoi-
das & tenasmos, & alii profluvia, & instru-
mis, et in febribus hecticis, puerperas quoq;
offendit, & lac suggestentes, agitq; mēstruū, Querit in
ter medis

De aqua.

Aquarum quinque sunt differentiē pluuiā cos cuius
fontana, putealis, & palustris. Harum leuissi genīs aq;
ma est pluuiā, siue putealis, siue cisternina sūt usq; sit utilis
quod facile transmutetur, congruitq; aduer- sūt mē. Stas
sus febres, & choleras, & arquatos, facile nā gnātes pig-
q; excernitur, ac effunditur, si in corpore cō- ras, & meri
moretur. meanus tardos facit, difficulterq; to damnat
cedit, gignit distillationes, quos græci cathār Pli. lib. 3^r
ros uocant, p̄fserim si frigida potetur, pro capi.

pin cum saccharo iuri potabitur, aut paus
xillatim sumpta in ore prius souehitur, ide
in stomachum demittetur, idq; interuallo
potius aliquo, q; statim. Fontana, quæ ad se-
ptenirionem ex faxis erumpit ad solem cō-
uersa, tardi meatus est, serocq; incalescit, ac fri-
gel. quanto magis scaturigines fontium ad
estuum conuerſæ ortum fuerint, hibernūq;
occasum. Putealis, quæ perennis est, frigida,
& terrestris, difficulterq; absumiur, ob
hoc stomachis estuantibus, aut aluis q; fon-
tana melior est. Fluuiatilis, aut palustris mas-
ta arena fluat et reuoluatur, ut nili, ut padi,
& id genus aliorum, illa nāq; optima, nam
& dulcis, & parum in alio cōmoratur, nec
sitim facit, si uel frigida etiam potetur. exar-
mussim concoquitur cum multæ aliae sitim
fuscent, præcipue cum per loca mala deflu-
it, & insalubria, fluuiorum meliores, quæ ex
perenni scaturiūt fonte, queq; alijs inde nō
amiscētur fluuijs. At palustris tanquā mor-
tua, atq; immobilis alia nūquam, pmutata
aqua sensu carentibus est rebus exhibenda,
que aq; salsa, acerbaue est, uel alia qualitate
insignita. odore improbo, alit animalia pu-
silla, bestiolasq; aliquas, aut iter metalla flu-
it, & perinde insalubris. In totum autem oīs
aqua

aqua tardi meatus est, ac difficulter conco-
quitur. inflat, & distillationes gignit, præci-
pue frigida. calidis complexionibus, & in se-
bribus æstuosis, ut in caulis, ac tertianis ad
modum utilis. Lewis ergo aqua non pôdes
reconsideranda, iudicâdaq; est, sed q̄ cito cō-
calefacat, & refrigeretur, utq; sit defecatissima
& integra, quodq; qualitates iam dictis nō
habeat contrarias. Quæ autem aquæ ex nîz
ue, uel glacie elicuerunt perniciösissime. As-
quarum permutationes quoq; offendunt.
præsertim fluuiorū. calidis dissemperantij
non est quicq; æque utile, ac aqua. Quod si
integrā aquam non habeas, præcoquēda
inde refrigerata potanda est.

De anserina carne.

Anserina caro redundans est, ac difficul-
ter concoquitur, omnibusq; cohortalibus
carnibus partium crassiarum est magis, atq;
humidior, ut in uetusstarū habeatur ordine
ac struthocameli. Aliae tamen melius cōco-
quuntur, nec redundantes sunt. Hæc adeps
doloribus aurum instillata succurrerit, ac ius-
uat, labijsq; dissectis. Aīunt quidā anserum
testiculos facere ad foetum concipiendū, &
puerperia, lingua uero strangurijs prodest.

De incipientibus a.b.littera.

Bulbi stomacho utiles, præcipue ex aceto

B 3 cum

cum oleo, syriq; māsi, suntq; salacis natura.
De butyro.

Butyrum mediocriter alit, calefacitq; pdest pulmoni & thoraci, cōferiq; ad cōmos de ex iōsis spūtūm eieſtādum, p̄destetiam ad rūſes, quæ ex frigiditate & ariditate sunt si quis cōmode utatur aluum cit, magisq; quo fuerit uerustius, nām ita demū calidius est, omni oleo ad alendum efficacius est, habetq; uim ad concoquendū, atq; distrahens dum, præcipue in mollibus corporibus, ob hoc etiam inguini, & parotidibus medetur illūtum, dentib; usq; naſcentib; nempe infūtum, doloremq; ex ortu dentium mitigat, niſi q; aliquando aluo innat, nauſeamq; appetitum dimouentem facit, in calidisq; aliis in flauam cōmutatur bilem.

De brassica.

Brassica calida, & arida est in primo grādu humorem malum, ac melancholicū git gnat, uisum hebetat, insomnijsq; malis somnum periurbat, lus uero ipsiis uimpurgādi habet, ipſa uero uentrem cohibet, & pindē cum uentrem humidum areſacere uolueris mus ipſā mediocriter coquendo, priorēq; aquam profundendo statim alteri ferueniā im trimus. Bis enim coctām neq; ab aere, necq; ab aq; frigida cōtingi oportet. Aestiuā autem

litem brassica succum gignit deteriorens,
hiberna. Vrinam quoq; cit, et lumbricos
perimit, uinicq; crapulæ succurrit. Ferit autem
oculorum ab humiditate hebetudines tolle-
re. cocta uero ex pingui carne multū abiicit
detrimenti. flos eius proprietate quadā sua
abolere semen podici appositus perhibetur
prohibetq; mulieres concipere. offēdit quoq;
spuimonem, feruntq; ante cibum allium
sumptum ebrietatem prohibere, succusq;
iux ex melle sumptus, eis qui uocem tollere
nequeant uachementissime prodesse. impo-
sita uulneribus conglutinat, uitiosisq; hulce-
ribus, & duris medetur inflammationibus.

De cydonio.

Cydonia a Crete Cydone, quae nostri
cotonea uocant, frigida in primo gradu. a
rida sunt in secundo, cōtrahunt, & cōfirmāt
roborantq; stomachum. aluum cohibent
sumpta ante cibum, urinam citant, Mansa
uero abunde, difficulter concoquibilia euā-
dunt, ac quae dulcia sunt, minus astringunt,
at quae acidā magis uomitum corripiunt.
Post cibum sumpta aluum cirant, mansa in
potu ex uino exhalationem uini cohibent
ad caput evaporare. Tradunt autem quidā
q; si quis cydonijs utatur frequentius si na-
catur ei filius fore ingeniosissimū quidem,

B 4 sed

sed improbum. Ex ipsis autem cydoniatū
stomachū, & iecur cōfirmat, corroboratq;
De cerasis.

Cerasum, ut alij cerasium, ut alij masculi-
no genere cerasus. Propertius. Et dulces ces-
rasos, & autumnalis pruna, a ponti oppido
Ceresunite, unde Lucullus in methydatia.
expeditione adduxit in Italiā. multiplex
est, atq; etiam dulce genus unum. acre alter-
rum. dulce frigidum est, & humidū, citq; al-
uum, malumq; humorem gignit, uentreq;
humidum offendit, prodest uero calidis, &
aridis cōplexionibus, atq; ex uino calcu'os
flos iuuat, acre uero maturum, quod uim a-
stringendi habeat, stomachū iuuat, ipsumq;
confirmat, obstrunctionesq; iecoris amouet,
& flauam extinguit bilem.

De castaneis.

Castaneæ calidæ sunt & aridæ in primo
gradu, largumq; corpori suggestunt alimē-
tum, tardosq; meatus habent, & difficerter
cōcoquuntur. Crassum humorem gignūt,
& capiti dolorem inuehunt, uentreq; inflat
ipsumq; astringunt, iostæ multum ex deuri-
mento remittunt, ita & arefactæ. In gladiū
genere etiam Plinius esse uoluit, ut que sūc
co abundant multo, et quasi potu poma et
iuglades, & auellag, et pistacia in nucū genit;

Nuces uo-
cam⁹ et ca-
staneas q̄q
accommo-
datiores g-
ladiū gn̄i
Pli.lib.15
cap 33

De

De cinara.

Carduus pineus, *cinara* a græcis dicitur
mali succi edukum est, magisq; quo durior
biliosum humorem generando. ira, ac fla-
uæ bilis quatenus non facile cōcoquitur.

De mali medicis.

Cicra, ut alij citrea, quæ mala medica quo
q; nominantur, corticis sunt calidi, & aridi in
tertio gradu explicato. Caro autem frigida
ethumida in primo acidum in ipsis frigidū
& aridum in tertio. semen calidum & aridū
in secundo. Caro difficulter concoquitur,
pituitā crassā gignit, ob hoc cum melle, uel
saccharo mādi debet, Cortex ad cibi conco-
ctionem facit, aduersumq; humorem melā-
cholicum, eiusq; animi deiectionis, cōferiq;
stomacho in usu mediocri. nam difficulter
concoquitur si sumitur immoderate. Cum
melle, uel saccharo conditus diacitru nomi-
natur, calefacitq; uentrem, abstergetq; ipsos
humiditatem, & cibum concoquit, quod
incunditum difficulter cōcoquitur. Citros
rum semen aduersum uenena oīa prodest,
morsusq; virulētios præcipue scorpionum
& potum, & appositum, pestem arcet, men-
strua agit, ipsorum acidum flauam bilem
plurimum deſcit. Mirandum autem
illud quidam prodidere, q; si calidus panis

B s in

In eis ponatur confessum contabescat, per
hibentque etiam si noctu quispiam uitatur ob
liquos efficere oculos, contortaque acie uisus

De cardamo.

Dicunt sers
uētes q̄ ha
bēt nastur
tia vires.
Et siccas,
hac re ue
nerē, ceu
ruta coers
cer. Macer

Cardamum, seu nasturcium calidum est
& aridum. secat autem ac dispescit crassos,
pituitosos humores, & ob hoc asthmaticis
ammiscetur auxilijs, multumq; calefacit, &
ius semen efficacius in his omnibus est. Tra
dunt multi eum, qui cardamo uelcatur mē
te acutiorem fore, & salaciorem, cuius succus
ori retentus, dentium doloribus succurrat

De Cappari

Capparis calida, & arida in secundo gra
du est, uarijs, diuersisq; qualitatibus constat
ex amaritudine qua absterget, & purgat, &
dispescit, & ex acrore q̄ calefacit, & distrahit
& attenuat, & ex acerba ut qua cogit, & at
stringit, & ob hoc lieni obdurato prodest. si
quicq; aliud siue māducetur, siue impingat
cum acero, uel oxymelle. Mouet etiā mē
strua, prodestq; ad dētiū dolores cū uino
cocta, & aceto, eiusq; succus ualidior, imbe
cillior caules. & folia, molliunt tamen surus
marum duriciem, huius succus auribus in
genitos uermes perimit. Cum aceto iecoris
& lienis amouet, dispescitq; obstrukções
lienen imprimis iuuat sua quadā, pprietate
pdescitq;

¶ de fligis & ischiadicis. at officit renib⁹, & uesicis.

De cœpe.

Cœpe calidum est in secundo gradu. hūs
midum in tertio. eius essēta crassarum pars
tum. urinam citat, & semen gignit, ob hoc
salax. appetitum cibi suscitat. uim ingenitā
habet. crudum capitis dolorem suscitandi,
lædendiq; stomachum, ut quidam p̄hibent
etiam mentem, sed plurimum refert qualis
sit cōplexio. Cocta uero cœpa multū remittit
ritates amioct, & iusses. hæmorrhoidas im
posita dilicutit, referatq; cum aceto quoq; il
lita uinliḡnes absterget, ac tametsi crassarū
partium est, humores tamen crassos, glutis
nososcq; attenuat. inflat uero uentrem, qua
si frequentius quisq; utatur, in lienis incidit
langorem.

De ceruina carne.

Ceruina caro mali succi, & concoctu dif
ficilis, & atram bilem gignit. Cauēdum cū
serpentes, uiperasq; comedunt, quoniā tum
cerui natura docente sitim tolerant ingentē
& ab ea exæstuant, tum namq; uenenum sit
ea caro, quare tutius hiberno tempore in ci
bum uenit, & facilius concoquitur, quæ tū
eiam crassum humorem gignit, obscuritq;
secut, & lienen. Fertur iugiter & immoderate
māsa

mansi tremores corporis gignere, cerui me
dula & adeps dura carcinomata lenit impo
sita. cornu ipsius frigidum, & aridum, eo su
fimine serpentes fugari prohibentur. ualereq;
aduersum stranguras. & opilationes. & huius
bricos. at pulmo laeditur. sanguis cerinus
arescit. & tritus aduersum morsus lethales
ualet. & ex uino pocus aduersum uiperæ
morsum prodest.

De cinamomo.

Cinamomum terii ordinis est calefacientium.
& arefacientium. uel saltem secundi. tenuissimum
admodum partium est. nec quicquam ita arefacit
quod & que calefaciat. stomachum purgat.
confertque aduersum tusses. quæ ex humidis
tate sint. uentre. iecurque calefacit. capitulis al
uicibus humiditates arefacit. optimus esse per
hibetur. quod musulū vocat a ciuitate Mu
sula. Sunt namque septem cinamomorum specie
es. quæ a locis unde afferuntur nomine habet
quas referre superfluum sit. Sunt uero cunctæ
species stomacho utiles. & cibum facile co
coquunt. pituitamque attenuant. urinā citant
& opilationem amouent. mestrua agunt. &
brya per excellunt potæ cum myrra. anno
appositorum virulenta. & morsu ueneficos
dissoluunt. cum melle illæ utiligines pur
gant. Prosum quoque aduersum aquam iter
cutem

curem . renuncij frigora . & ob hoc . qui frigidae . humidæq; fuerint complexionis cibis cinnamonum ammisceat . quibus uescitur . at uelicæ officit .

De caryophyllo ,

Caryophylū . quod uersa . c . i g garyophy Garyos
lum quidā uocat . calidū est in secūdo gra phylū dis
du . et aridū . sūt qui in tertio ponāt . Est autē cūt calidū
arboris . ut perhibent fructus iuuat stomas siccūq; se
chum & iecur . et cor . nauſeā quæ ex humili
ditate est pacat . at offendit uiscera .

De caryo aromatico .

Carion aromaticon . quod latine dicitur machum
nux odorata . calida & arida est in secundo corroborat
gradu . uentrem cohabet . confirmat stomas ratiplum .
chum & iecur . prod̄st aduersum ueteres ie
coris lāgores . at pulmonem offendit .

De cumino .

Cuminū calidum est . & aridum in tertio
gradu . Sunt qui in secundo dicāt urinā ci
tat . flat̄ distract̄ præsertim stomachi . potū
pallorem adducit . ideo Horatius Biberent Persius
exāgue cuminum inquit . & Persius Pallen
tis grana cumini . iterſcindit e naſo ſanguinis
fluxum . & mēſtruorum ductum imodera
tū ſistit tā potum q̄ ex oleo aно imposiūm .
areſacitq; ſtomachum . & frictum igni . & a
ceto aspersum cohabet ex humiditate uētris
flux⁹

fluxus. tritum mamillæ muliebri impositis
ex cōcreto lacte rumenti succurrit. Cū uino
potum aduersum uēna remedium est, ad
uersumq; virulentos morsus. Aiunt qdam
immoderatū eius usum calculos in renibus
gignere, & suffumigatione culices abigere.

De coriandro.

Frigida uis herbe coriandri dicit esse. Austereq; si, qddā virtus habere,

Coriādrum frigidum est in primo gradu.
aridum in tertio. confirmat, roboretq; stoma-
chum. cibos distinet i stomacho quoad
concoquantur. igni frictum uentrem astrin-
git. prodest aduersum inflātiōes, que ex
calidis cōplexionibꝫ, sanguinis fluxū dispe-
scit tam potum, q̄ trium, & impositum, cū
uino poium lumbricos excludit. immoder-
ate sumptū amentiā gignit. eius succus po-
tus virus est, & perimit. bibentes namq; ip-
sum muti euadunt, & dementes.

De croco.

Crocus calidus est in secundo gradu. ar-
idus in primo. Sunt autem, qui in tercio ca-
lidum prodāt utilis stomacho. facitq; mul-
tum ad ciborum cōcoctionem. at obsiruit.
prodest in lāgores a pituita, & calculosis, uim
habet distrahendi, prodestq; intestinis, & ad
uersum spiritū difficultatem in mediocrem
ufsum sumptius, colorem pulchrū cōcinnat,
at immoderate sumptius tum pallorem, nū
capitis

capitis dolorem gignit, & appetitus amouet
cibi. Cum opio, & lacte, & oleo rosaceo ap-
positus podagrericis consert dolentibus. Sunt
qui his betae magnae folia adiijciant. Tradunt
quidam nimium eius usum, & immoderatum
risu perpetuo cōcutere quoad tandem mo-
riatur, idemque facere alij prodidere, si tres cū
aqua potentur unc.

De cicere.

Cicer calidum, & humidum est in pri-
mo gradu difficulter concoquitur, & redū-
dantia gignit, & uenerē concitat, magisq; fa-
ba nutriendis opilationem gignit, agit mens-
truum, particeps salsuginis, dulcedinis. ex
faliugine uentrem cit. ex dulcedine urinam
mouet, inflat, et lac gignit. uim abstergendū
hēt. Atq; cicer loco medicaminis est, quod
efficacissimum sit ad citandam urinā, quodq;
in renibus, & in uestica calculos alterat, nec
legumē ullum calculos, ut cicer terit, in pris-
misq; atrum, ac pusillū magis magno, præ-
cipueq; ius ipsum rubrum. albo calidius, &
partibus crassius. omne tamen citat urinam
qui eo legumine uti uoler, sex horis ieiunet
Cataplasmate utuni eo alij in auribus, mol-
liuntq; ac distrahunt tumorem ius in ipso re-
iuuat arquatos. Utendum eis nō ante cibū
nō in posremo cibo, sed medio. Cicer atrū
coctū

coctum cum radicula, et apio, dein sumpto
iure cum oleo amygdalino mirifice purga
re renes, et uescicam fertur. cum faba malum
bonum corpori habitum dicitur inuehere
& pinguem efficere. illud nec minus comos
dum perhibetur. Quod si podagrīcī cicer
atrum coixerit, quoad dissoluatur, dein mel
despumatum æqua porzione ammisceat, tri
b⁹q; continuis sumat diebus singulis librā
unam paulatim liberatum iri. uiride cicer iſ
flat & difficile concoquēt. Sunt qui etiam
colorem pulchrum excitat tradant.

De columbis.

Columbinorū pullorum caro calida, &
humida, & redundans. præsertim domesit
corum, cicurum inquam. sanguinem gignit
aliquāto crassiorem, atq; calidiorē, et hoc
quādoq; inuehit febres. ideo quidā medicī
tradiderunt, tum primo uescēdū lactucis
ex oxelæo, inde ea carne. prodest rēnib⁹ ex
frigiditate dolentibus. semen auget & sanguī
nem, ea offendit tum caput, tum oculos qdā
tradunt, ac si quis frequētius uescatur leprā
gigni. melior nascentium uerno, ac autūna
litēpore caro existimat, q̄ hieme, aut æstate.

De cancris

Cancri humorem quendā salsum habēt
minor tamen testaceam habentibus tunicā
elī,

et collibent ventrem q̄ est inter coquendū
eum deponant humorem salsum. at fluvia
tiles iuuant aduerlum pulmonis plaga, of-
fenduntq; uescā. Tradunt quidā insignes
medici quod si fluiatiles in oleo coquātur
id oleum instillatum, dolentibus auribus ex
caliditate mirifice iuuare. Potus quoq; ex
ipsis contritis aduersum omne uenenū pro-
dest, et morsum uirulentum. perhibent etiā
toslos, & friatos abscessus corporis omnes
impositos mollire, & e corpore spicula, &
aculeos omnes excutere.

De Columbina herba.

Columbina. ut alij sanguinalis. quā græ
ci peristeron. alij peristereona orthen uocāt
herba prodest aduersum capitī dolores, &
fluentes capillos illita, dentium dolores mi-
tigat, & motos, quas losq; cōfirmat oris me-
detur hulceribus, & colicis, & calculosis ei⁹
decoctio. elephantiasi, & comitiali incipiēti
medetur, pota quartanis, & podagricis, &
ischadicis, & percussis succurrit.

De caseo.

Casei omnes malī. difficiles concoctu. pi-
tuitosi, & stuosi in aluo. a coagulo nāq; acro-
rem admittunt. Cumq; in ueterauerit magis
caseus eo acriore euadit, calidiorq; & æstuā-
tior, difficiliorq; cōcoctu, humoreq; peior

C in

In renibus calculos gignens, & perinde p-
niciosior. Vitandus ergo in primis is caseo
ut pote boni nihil habens. minus uero mas-
lus recens, quasi medius inter lac & caseum
& perinde concoctu facilior, & humorem
gignens meliorem, presertim mollis, & spō-
giosus salis mediocris probatur cum melle
sumptius, quod sero non excernatur, præser-
tim frigidæ complexionis. Antiquissimus caseo
qui omnē eiecit dulcedinem pessimum. spō-
giosus, & dulcis melior. recens caseus mo-
uet uentrem. uetus cohibet. Nec uero expi-
sumus ouillum, & caprinum antecedere eū
qui ex bove. nam ex ægritudine meliuscule
habentes febrili. neq; caprino detrimentū
subiuimus uīlum prorsus. at bubulo pau-
lo assumptio statī in recidiuam incurrim⁹.
Obseruauimus quoq; bubulū minime ue-
tus uæhementer confirmare stomachum.
Vidimus nāq; senem natum plures q; no-
naginta annos modestissimū. frugalissimū.
prudentissimū. diuissimum. autoritatis lū-
mæ. Albertum scotum Placentinū a trige-
simo anno, ut aiebat ad extremā usq; sene-
tā ante cibum semper usum caseo, ac post
cibum aliquādo, sed cum pane in aqua ma-
ceratissimo, & uuis passis corpus habuisse
ualidissimū, nulli unq; ægritudini ad mortē
usq;

usq; obnoxium, uno tamen seper cibo co-
tentum elixo fere semper carne inq; uel ouis
varo piscibus, & quotidie hunc semel tanū
sumebat.

De d.littera incipientibus.

Dorcadis, seu capreoli caro pl; reliquis
carnibus agrestibus humoris boni habet,
affinitatemq; cum humano corpore habe-
re perhibetur. prodest humidis, ac redundā-
tibus corporibus, necnon aduersum colis-
tas, & comitiales affectiones at uentrem a-
stringunt, ariditatemq; inuehunt nervis.

De damascenis.

Damascena pruna frigida sunt & humili-
da in secūdo gradu. Pro sunt autem uētrem
habentibus calidum, & humidū. citat aluū
ex humilitate, & glutinosū, præsertim mes-
lancholicum, omia tamen biliosa sub dus-
cunt. at stomacho mala, ideo legantut mas-
turrima. arefacta minus laedunt. appetitum
arcent. dolorem capitū humidis prouocat
complexionibus, nec tamen parum nutri-
unt. alba damascena difficulta cōcoctu. mis-
nusq; aluū subducūt, que pallida, magnaq;
crassum humorē gignunt, ac concoctu a-
lijs difficiliora. ante cibum mādēdo omnia,
que autem austera, & acrore refēta, imma-
turaq; uentrem cohībent. Ius damascenorum

potum prodest aduersum acutas febres, inf
flammationes, & in gingivis pustulas, quæ ex
anthemata nominantur ori retentum, aduer
susq; calidā distemperantiam, & alijs astris
ctionem. arboris succus tenuium est partiu
m q; dispescēdi habet ob hoc quidā seruit
cum uino potum, calculos conterere, iuuat
pulmonē, & thoraca. at offendit lienem. me
lior uetus tæ arboris succus.

De e.littera

Echinus marinus stomacho confert, &
alio urinā prouocat, eius crista tosta mixta
alijs rebus impetiginibus conuenit, hulce
raç; putrida purgat. carnem supereuadens
tem coerct.

De elephantino dente.

Elephantini dentis abrasio uim habet a
stringēdi, quā stypticā uoce græca dicimus

De incipientibus ab.f.

De fungis.

Fungi frigidi sunt & humidi in secūdo
gradu, ac licet dicat Horatius Prætensisibus
optima fūgis natura est alijs male creditur
gignunt tamen omnes humorē glutinosū
& frigidum, suntq; concoctū difficiles, ac ui
rulenti aliqui alijs synanchas. alijs anginas
generant. Conuenit ergo ipsos manducan
dos cōdire multo & acri aromate, & parit
pira

pira coquere, multum namqe his malum a
moueri experientia edo*fti* sumus hieme po
tius, quod estate manducentur, quod uenter ca
lidior facilius eos concoquat, quod nisi fiat
obstructū iecur, & lienen. Quod si cōtingat
ut virulentos incidat, statim mulsum cum
aqua tepida poter, & nitri aliquantulum et
succurretur.

De ficibus

Ficus calidæ sunt, in primo gradu aridæ
pectoris profluit aduersum tusses. urinam ci
tant, satis nutrunt corporis commodū effi
cunt. habitū ante cibum sumptæ aluū sub
ducunt, si tamen confessim in uentre non
descenderint, malum sanguinem gignunt,
ob hoc fici saturi sæpius scabiem, & pedis
culos effundunt, utilis cibus existimatur si
comedatur cum nucibus, uel amygdalis. re
nes purgant. & opilationes amouent ab ie
core, & liene, nisi quod calefaciunt, ac sitim gi
gnit, flauamqe bilem in calidis complexio
nibus, ob hoc tales oportet potare statim a
cetum post eorū assumptionē cū saccharo
coquatur uero hyssopum cum oxosaccha
ro. Viles sunt aduersū tusses ueteres. ac tho
racis & pectoris affectiones. impositæ abs
cessibus aurium, ac cæterarum partiū mol
lunt, & concoquunt præsertim mollibus

C 3 carne

carne cum iusquiamo, et aceto impositę nō
parum podagricos iuuant. Virides autem
ficus eadem sere præstant, calefaciunt nāq;
in primo gradu, et in medio eiusdem arefas
ciunt. Solidā carnem non statuunt, ut panis
et caro inflant uentrem minus cæteris fru-
ctibus mali humoris gignunt. renes absterr-
gent, non satis sincerū gignūt sanguinem.
Expedit post fucus cibum sumere tenuātem.
Tradidit autem Galenus ob usum hmoi
fœtuū arborū, ac uigesimo ætatis suæ anno
ad senectutem usq; saepiuscule in morbum
incidisse, dein abstinuisse ab alijs, et fucus ac
uuas solas sumpsisse, haud quaq; imodera-
te. amicos quoq; suos admonuisse. nec quē
q; postea ullo lāgore lecto afflictum esse. Re-
medium aduersum uenena fucus quidam p-
diderunt si quis ieiunus eis uestescatur cū quo
uis attenuante, ut nuce, uel ruta, uel id gen⁹
alio.

De faba.

Faba arida frigida est in primo gradu. ui-
ridis, frigida et humida, gignit carnem mi-
nime solidam, sed spongiosam, et rarā, edu-
liumq; est ad inflandum idoneū. fræsa faba
multum deponit inflationis cortice deposi-
to, abstergendi uim aliquam habet. Farina
namq; ipsi⁹, et lomentum, ita namq; panis
ex ipsa nominatur. uim abstergendi haber,
ob

Ob hoc in uentre diu non cōmoratur, sicut
que glutinosi, & crassi humoris, neq; ipsius
usus improbum Galeni sententia sanguinē
gignit, neq; opilat. Cumq; cetera legumina
supernam uentris partem inflēt, hoc magis
infernā fabae decoctio thoraca lenit, cum a
celo sumpta uentrem cohibet. Quidam ob
gurguliones, qui in faba nascuntur mali hu
moris esse opinati sunt, qua mentem etiam
hebetari opinati sūt, ob fumidas quasdam
in cerebrum exhalationes, aīūtq; insomnia
turbulenta, & terriculamenta eis gigni, quā
obrem Pythagorei ab usu fabae lele abdi
carunt, id tamen præstantissimos uideo me
dicos negare, eius decoctio cálculum gigni
prohibet tam in renibus, q; in uesica. Prohib
bet quoq; sua quadā proprietate de capite
in pectus destillationes descendere, ingētesq;
sieri tusses, quin & Galenus fabā ait sanita
tem tueri ne mali humores gignātur, neq;
opilationes, aiuntq; cocta impositā nō me
diocriter prodesse podagrīcis, cocta cū au
stro, atroq; multum uino herniosis confort
uentri apposita, & alligata iacentibus

De fatellis.

Faselli calidi sunt, & humidi ī primo gra
du eorum qui rubri sunt calidiores, humos
tem gignunt crassum, et pituitosum. mediū

tenent locū (ut Gal' inquit) inter cocōctū fas-
cilia, et difficultia, & quæ tardos meat⁹ habēt
et inflātia et nō inflātia parū alentia, & mul-
tū alentia. ante cibum mansūcum Syri uē-
trem citat. cum sinapi nullum deponūt nu-
trimenti. Albi igitur faselli crassiores, & co-
coctū difficultiores, humidioresq; sua quadā
ui somnos turbulentos faciunt. citant urinā
ad bonūq; habitū corporis mouent deco-
ctio ipsorū menstrua citat.

De g. littera.

Gruis caro calida & arida, fibrosaç; ob-
hoc biduo aut triduo ante necari grues de-
bent anteq; comedātur. sanguinem gignit
plus q̄ satis sit crassum et melācholicū. ipsa-
rum ius uocem clarā reddit, semenq; auget
fertur medulla cum felle ad abolendā facere
memoriam. fertur et fel non mediocriter ad
lippitudines. ius quoq; ipsius in decoctione
oleosum aurib⁹ instillatū prodesse plurimū
necnon eius pingue cum aceto scylitico in
balneo sumptum, duriciebus consert lieno-
sis prodidere quidā memorię hanc uolucrē
uno in loco non consistere unquā, sed totū
orbem terrarū peragrare.

De gobio.

Gobi⁹, qui & gobio capiti littorib⁹, i fa-
xis, & pura harena boni succi, & concoctū
facilis

facilis est, quero in fluminū hostijs, aut paucis
dibūs non boni succi, neq; facile concoqui-
tur. ius ipsius aluū subducit. tostis cīrā salē
mansus terminibus medetur, & levitatib;
intestinorum, quas uocant græci lienterias
necnon tenasmis.

τψιεδ' μός
ē uolūtas
egerēdicis
tra effectū

De gallinis

Gallinarū caro facilis concoctu, & succi
boni, pr̄sertim cū oua parere incipiūt. pin-
gues corpus humectant. iuuāt eos, qui par-
excentur. colorē probum suffundūt, & se-
men augent ac cerebrū, surdiscq; conferunt.
qui uescitur gallinis non debet statim oxy-
gal a sumere, nam proditū est inde morbos
gigni colicos.

De malis granatis.

Granata mala frigida et humida. harum
dulcia thoraci prosumt. bonū succū gignūt
& caliditatis sunt participātia, acida urinā
citant, utiliaq; sunt aduersū flauæ bilis mor-
bos iecoris & uentris caliditatē, prosumt gra-
nata mala aduersū stomachi, morsus ex im-
probis humoribus succo cum farina exhibi-
to, ueluti in cordis affectibus iubet Hippo-
crates. grana ipsa magis q; succus absterget.
dulcis mali granati succus cū acidi succo po-
tus uentrem citat. flauāq; bilē sine molestia
exhaurit, uentre inq; confirmat. acidisucco

C s cum

cum melle oculis impositus uifum exacus
it, præsertim ueterescente grana acidorū
granatorum cum cibo mansa fluxum in
uentre præpediunt. Cum mastice acidī
succus admittus sæpe uæhemēntē interfici-
dit uomitū, mitigatq; iecinoris uiolentas
inflammationes. Cuncta mala granata uenes-
ris appetitum discutiunt, præcipue comple-
xione frigidorū.

De h. Hedus.

Hedinae carnes concoctu faciles, & tem-
peratæ, gignūt sanguinē tenuē, & humidū
calidas & aridas inuant cōplexiones. melio-
res erunt & succi meliores, qui nō admodū
sunt iuuenes, neq; adeo maiores q; par est.
nam qui sex excedunt menses iam nō hedi,
sed capræ habendæ sunt, quicq; rufi, & cæsi
alii meliores. at offendunt in colicis affecti
onibus. Tradunt quidam pulmonē mansū
auertere ebrietatem eo die.

De hyssopo.

Est hyssos
pū siccū,
calidum
quocq; ter-
tius illi Est
in utroq;
gradu. c.
Macer.

Hyssopus uim habet calefaciendi, attenu-
andiq;. decocta cum sicub⁹, & melle, & ruta
& aqua & pota pneumonicis succurrit ast-
hmaticis tussi ueteri destillatiōi. orthopnoe
lubricoscq; perimit. licta cū melle idē præstat
Manditur cū uiridibus sicibus ad aluum
subducendā si amisseatur cardamomo uel
iri

iridi uæhementissime purgat, & colorē effis
cit probatū si fiat ex ea cataplaisma cū sicu,
& nitro spleni, & aquæ intercutem cū uino
succurrit, & anginis decoctio ducta in gar-
garismū, cocta cum aceto laborātibus fuc-
currit dentibus ex dolore. uel concussu.

De.I. Intibum.

Intibum frigidū & humidū in primo
gradu cōfert stomacho, & cum aceto coctū
usu uentrem citat, habetq; uim opilationē
magis dimouendi, q; ullum aliud holerū ge-
nus, sanguinis feuorem mitigat, distrahit ex
iecinore inflāmationes, arquatisq; medetur
sua quadā proprietate iecur cōfirmat. som-
num adducit mediocrem. Ferūt quidā post
sanguinis detractionem, siue ex uenis, siue
cucurbitulis cum aceto ante cibum mansā
iecoris custodire sanitatem, ueneris distinet
appetitum, semenq; minuit frigidā habēti-
bō cōplexionem. prodest aduersū sanguinis
exputationem. huius ius admodū iecori us-
tile, semen succurrit æstibus, q; sunt ex flaua-
bile, at lienen offendit

De.L.

Lac ex trinis constat substantijs. Serosa,
quæ tenuis est, & abstergendi uim habet, &
alii subducit, si ex frigiditate discernit & ca-
scalis, quæ crassa euadit, & uentre cohíbet,
&

& butyrosa, quæ media est statu, & comple
xionem serosæ naturæ, & casealis tenens,
lædit obstrunctiones iecoris, & calculos gignit.
Memoriæ quidam prodiderunt medici
insignes coctū lac ex cochleis præsentaneū
esse remedium aduersus tormenta, & acutissim
uentre distillationes iuuat ad tabes, & hecat
bris est in cas, & aridas tusses, & uenenosas potionis
mēbris so & in cole morbos præstans ex lac, & fano a
lidis & ras nimali non admodum pingui, neq; item gra
dicalib. & cili, & recenter multū. Quanto autē fuerit
i cōsūptio diutius expressum, tanto magis a bonitate
ne quatuor declinat. expedit ipsum mediocriter esse du
or hūidita ce, expersq; gustus qualitatis alterius. item
tū secundas album conuenit oculis stillantibus. corpus
humectat concoctū, bonāq; adducit habitu
dinē, prodest pulmoni, & thoraci. offendit
uentrem præsertim humidū, & caput, ut in
quit Hippocrates, quoniā mutabilis qualis
tatis est, dentes, & gingiuas offendit. ob hoc
qui dentes imbecillos habent, os proluant
mulso cum uino.

De lepore.

Leporis caro uolentibus a refacere corp⁹
admodum utilis prohibetur. aridioribus aut^e
complexiōibus inutilis. sanguinem gignit
crassiore, & melācholicū. utrem cohabet
& urinā aduertit, cu bene cōcoquī nutrit.

at contra obstructionē lecori, & lieni adducit
affendi pulmōem, & uigilantiam facit, coas-
tulū porro leporis utile strangurijs, & uos-
mitibus, morsusq; virulentos curat sumptū
post mēstruorū purgatiōem, partū impedit
Tradunt quidā foeminae pudenda contrita
a muliere cum uino pota ad pariū addus-
cere si statim cum potionem eam sumples-
rit uiro copuletur. cerebrum eiusdem assū-
aduersum tremores prodest.

De ladano

Ladanum calidū est in secundo gradu, et
partium tenuuiū, mediocriterq; molliens,
habetq; quiddā ad concoquendū idoneū,
ideo fluentes retinet capillos.

De lente.

Lens frigida est in primo gradu. aride in
secundo. crassi humoris, & austera partici-
pat vim atq; qualitatē. si in aqua coquatur,
oleum cum sale adiūciat ad discutiendū ido-
neū poculum existimatur Bis cocta aluum
arefacit, aluiq; fluxus, stomacho firmitudis
nē iniçit, cunctisq; uentris intestinis ob hoc
idoneum edulium est coeliacis, & dysentes
ticas. ablato cortice vim obstruendi abiçit
multā. Tardos meatus & crassos habet, qui
frequentissime hoc utentur edulio, labetur
in elephas, & cancros, & duricies, & ners-
uerū

uorum dolores, morbosq; melâcholicos.
Succus nāq; eius idoneus ad crassum aridū
& melancholicū humorem, sanguinemq;
gignēdum. Quod si in carnem cuiuspiam
aquosum fuerit uitium, hoc edulium, & tā-
tum utile, quemadmodū aridis et squalidis
perniciosissimū. Si sanū uisum habeat obnā-
dit arefaciendo, si obtusus, hebesq; purgādo
humorem adiuuat. crassū, & difficulter fluē-
tem gignit sanguinem. arefaciendo semen ei-
arcet ueneris intentum, & proinde utilis ei
qui continens in uenere. difficiles somnos
facit propter redditos humores melâcholicos,
si cum meniha coquatur inflatiōis plus
rimum remittit, si qui hāc de causa betam
inter coquendā ammisceant, si affatim co-
cta sit, & dissoluta uulneribusq; imposita
ex iaculo, aut acu. fluxū uæhementer discu-
tit sanguinis. pauca coctura lentiſ tormina-
leuat, & stillata auribus pure fluitantibus
succurrit,

Vim cali-
dā, siccāc-
gradu fert
mēta secū-
do. Illi⁹ po-
tu uis dige-
stiua iuua-
tur.

De mētha.

Mentha agrestis calida est in tertio gradu
arida uero in secūdo, domesfica plus q; agre-
grestis est humida. iuuat autem iecur frigis-
dū ac uentrem confirmat stomachū & con-
coctionē facit, & uomitū mitigat, ac guttur
utilis est cordis affectionibus, appetitumq;

exauit. flatus distrahit, lumbricosq; pimis,
principue ius agrestis uenerem suscitat. iecō
ris & splenis opilationes amouet, nec tamē
ea uescendum fugiter, quoniā sanguinē atte
nuat, & quiddā serosum gignit. ipsūq; qua-
litate mutata in flauam bilem uertit, inde te
nuissimā partium sanguinem concinnat
distrahendum, crassum et atra bili refertum
relinquit, & perinde expediti flaua bili abū-
dantes ad ea abstinere cum sale trita, et rabi-
osi canis morsui imposita medelam affert.
arefacta & trita, & eum cibo sumpta ad cō-
coctionem facit, splenicisq; succurrit, ac par-
tus difficultati cum uino pota fertur mansa
lippientibus opitulari. decoctio ipsius eius
danti e gutture sanguinem subuenit. eius se-
men uentrem purgat, sed pulmonem non
iuuat.

De malua.

Malua frigida est, & humida i primo gra-
du. facile uentrem euadit, nō ob humiditatē
modo, sed etiam glutinationem, præsertim
cum ex oleo & garo profertur, insperso uis-
no tempore edendi. iuuat uescicā, & thoraca-
& pulmonē. & rauacam lenit uocem. Agre-
stis malua a uespis, apibusue morsos illita a
dolore statim liberat. Fertur eius decoctio
potu calculos conterere. somnū adducit, &
facile Macer.

Dixerunt
maluā ues-
teres q
molliat al
uū Esse ca
cosiomaz
chā Sext⁹
niger asses
rit illam.

facile puerperii, mitigat inflamatus ipsa
& dura mollit.

De foeniculo, uel marathro

Foeniculū
medici ca
lidū, siccū
q̄ secūdo
Dicūt esse
gradu,
μάραθρον
Grēc⁹ uo
cat illud.

Marathrum, seu foeniculū satis calefacit,
ut in tertio ponatur ordine, & arefacit, non
eo modo, sed primo, & perinde lac gignit,
quod non fuerit si arefaciatur plurimū, suffu
sionib⁹ q̄ succurrit, urināq; citat, & mēstrua
prouocat. Est aliud marathrū agreste, quod
ob magnitudinem uocant hippomarathrō
cuius radix & semen potestatis sunt magis
arefaciendi q̄ domesticum, inde absistit al
iū, nec omnino obstringit.

De mespiliſ.

Mespila participant caliditatem matura
at immatura frigida sunt, & astringentia, &
uentrem cohibentia.

De melle.

Mel succ⁹
ē roris ce
lestis quē
apes collis
gunt

Mel calidum & aridū in secundo gradu
partium tenuium abstergens. continet acre
quiddā, quo ad excernendū uētrem suscitat
urinam mouet, & uentrem nō subducit, nisi
multa misceatur aqua. mel senibus cōuenit
despumatū tēperamēto frigidis sed calidis
biliescit. coctū per se min⁹ acrēscit et pīde m
in⁹nutrit, ad sinusq; glutinandos cōfert. Mel
opiūmū ē dulce, et acre, & flauū, & temperat
crassitudine & tenuitate. melius uernū, inde
estiuū

estiuum, hibernū inutile, & facile in flauam
bilem cōmutatur, præsertim in aluis calidis
purgat corporis fordes, & tabida, iniectaç
in ipsum custodit omnia, ideo antiqui cada
uera melle contegebāt. iuuat morbo comis
tiali addicōs ex uino, quod uinū nō scādat
in cerebrū cum post uinum sumitur, atq; ita
appetitum exacuit ob pituitā respuenūs cis
bum secat crassa sputa, ipsaq; educit. mellis
species instructæ difficiles cōcoctu obstruūt
secur & lienem. saturatim mel crebro sūptū
impetiginem, & scabiem gignit.

De mastiche.

Mastiche calida est cū quadā humiditate
prodest oblesis a glutinosa pituita. exhaustit
pituitam, & medelæ uim habet. stomachos
frigidos iuuat, non modo mansa, sed etiam
foris impacta, itidem ex ipsa cōparatū oleū

De milio & panico.

Milium & panicū frigidum est in primo
gradu. aridum in secundo. cōcoctu difficile
& alum astringit, & parum nutrit. iuuat
eos quos opus refrigerare, a refacereq; sum
pium cum lacte, uel amygdaleo succo faci
lius concoquūtur, et humidiora euadunt.

De mugili

Mugil, qui & mugilis, a græcis cephalus
dicitur, & marinus & fluuiatilis inuenitur,

D cōcoctu

Mastix ge
nō ē resine
q̄ i modū
gūmi de
arbore
manet q̄
sc̄inō dicit

concoctu difficultis stomacho malus pituita
gignit, plusq; fluuiatilis .marinus non tam
concoctu difficultis, & mali succi.sanguinem
gignit tenuem, & debilem

De.N.littera.

Nux uiridis calida i primo g radu.arida
dis ut pos medunt aliqui cū Syri ante cibum. amygdalas sunt nuces concoctu faciliores. aridæ
te adhuc aquatioz orи obducunt inflammatiōnes, & plegas sto
ris humo z macho.cōgruentiores cum sicubus mansæ
ris, siptica Sunt qui potent si quis nuces manducet cū
& frigida sicubus & ruta ante cibum a lethali medica
virtute cēmine imunē fore. Frigidis certe stomachis
scitur.Dio nuces congruunt atq; concoquuntur. at i ca
lidis magis alterantur, bilemq; flauā gignit
gutturi dolorem inuehunt, capitiq; dolorē
ac tussim augent. añ cibum sumptæ ad uo
mitum faciunt, saturatim admissæ lumbric
cos excutiunt, faciuntq; ad dentium cōcussi
onem medelam.

De nucibus ponticis.

Nuces ponticæ, quæ & auellanæ calidae
& humidæ magis, q; nuces dictæ nutrunt,
concoctuq; difficiliores, inflantq; offenduntq;
ut quidam aiunt itestinum, quod ieiunum
nominatur, facilius concoquitur, minusq;
cohbet uentre dempio corice. Tradunt
eiam

etiam quidam si quis ante cibum eas cum
ruta māducet, non lēsum iri, aut morfu, aut
ueneno ullo eo dīe, scorpionsq; a biso fugis
turos, si cum aridis assumantur sicibus, iā
morsos a scorpionibus adiuuari

De niue.

Nix natu grandiores statim pota offēdit
luenes non confestim, sed aliquanto post
ingens malum infligendo, articulares nāq;
iuehit morbos. neruorum dolores, ut nihil
aliud magis intestinorum. p̄cordiorumq;
detrimentū, frigidasq; infligit ægritudines
eoq; magis quo minus calidæ fuerint com
plexionis, quoq; mēbrum fuerit imbecillus
minus offēdit calida ab ea aqua. Ambigūt Obiectio
nonnulli quidnā sit quod cum frigida sit sis
tim gignat, q̄bus ita occurrimus, ac dicim⁹ Respōsio
quoniam frigiditate densar, meatus interios
res p̄spediuntur distrahi exhalationes. &
clausi incalescunt, ac sītim gignunt. Multi se
runtur ob iugem usum eius in ueteres incis
dissē langores nulla tempestate delebiles, p̄
nicioſosc; habitus, & comitiales, & alios,
nec nix modo offēdit, uerum etiam glacies
quæ adhuc deterior nempe quod terrestris
plus habeat qualitat̄s

De. O. Ocimū.

Ocimum, quod basilicon dicitur. nā cū

latinum nomen est significat quem erinum
uocant græci. mediocrem hēt caliditatem.
olfactum iuuat cerebrū & cor, aqua aspsum
humidius est, somnūq; allicit. eius semē car-
diacis succurrat, & ex atra bili exanimatio-
nes ad hilaritatem, & alacritatē perducēdo.

De oliua.

Oleæ maturæ mediocriter sunt calidæ,
præmaturæ astringentes, et frigidæ, & aridæ
uentremq; confirmant, & aluū substringunt,
& pulmonem offendunt at nigræ, & matu-
ræ facile corrumpuntur, & uetrem & oculos
lædunt. uesicæ probatæ. Quæ autem nomi-
nantur colymbades sunt frigidæ & aridæ
te cibum cum garo sumptæ, aluum citant.
Tradunt quidā si iure ipsarū olearū domus
spargatur interimi pulices, præsertim si cu-
minum ammisceatur

De oleo.

Oleum mediocriter calidum ē, magisq;
humectat, crudum expressum aliquatenus
astringit, & eatenus refrigerat, quo uetusq;
fuerit eo calidius, & maiorem uitæ habet di-
strahendi præsertim si primo tenue fuerit,
id dinoscitur si purū si translucidū, & si pau-
co corporis magna pars perfunditur, cūq;
facile potatur. at discernitur caliditas, aridis-
tasq; olei gustu. nam dulce mediocris cali-
ditatis

ditatis est. Acerbescens autem frigidum, id
utile stomacho. Olei amurca calida et arida
est, utilis aduersum lienis inflationes, nisi qd
pulmonem offendit. Si quis uoluerit oleum
amygdalinum, aut pistacinum gustabile co
sicere, oleum ex aqua coquat in triplo amy
gdala, aut pistacia immittendo contrita, &
tamdiu lento igni bulliat quo ad aqua om
nis ab igni absumatur.

De oriza.

Oriza calida est in primo gradu, arida in
secundo, satis nutrit, & difficilis concoctu,
uentremq; cohobere ait Dioscorides, Gale
nus sentit. mediocriter alba oriza mediocri
ter cohobet, rufa plus ob ariditatem, cū lacte
condita habitudinem, coloremq; efficit, ps
batum, semenq; gignit.

De ouina carne.

Quis caro redundas est, & mali succi, mis
nis mala annicula est, quae superat difficilis
concoctu, & peioris succi est. offendit autem
stomachos humidos, & pituitosos.

De ouis.

Oua differunt inter se inuicem, quae reces
tiora meliora, quia effectu ipsorum opium
eaq; sorbilia haec facilius succedunt, & guttu
ris leniunt asperitate. at minus alunt. at du
ra difficultia concoctu, & sero transimeant, as

D ; sperumq;

asperumq; ingerunt corpori nutrimentum.
Horum improbatate superiora in calido iosta
cinere, fricta vero longe deterrimū nutriti-
mentum habent. Probantur quæ in calida
aqua parata sunt anserina oua mali sūt suc-
ci, quæ gallinarum cum buzyro condita in
iugem usum uenientia acute ingenium per-
hibentur. Tosta cum aceto oua uentrem af-
refaciunt, distillationes exiccando, & estruz-
dendo pituitosum humorē quoquo modo

De pirus.

Pira frigida sunt in primo gradu. arida
in secundo, quæ dulciora, maturaq; partici-
pant humiditatem quandā, atq; caliditatē,
quæ vero dulcis & acerbescētis qualitatis,
uel etiam acidæ sunt. quādoquidem huius
modi nonnulla sunt caliditatis, nonnullius
mediocris, & exiguae ariditatis. Cohibent
autem uentrem ante cibū sumpta presertim
acerbescētia. Iugiter & saturatim assumpta
colicas efficiunt affectiones. calidis cōgruūt
uentribus, quæ in ipsis semina sua quadam
proprietate pulmonis utilia sunt lāgoribus
at renes offendunt, post cibum utilia sioma
cho etiam sitim extingunt.

De pīcībus.

Pisces cuncti frigidæ & humidæ sunt cō-
plexionis, at laxaules cæteris sunt meliores,

q

q̄ sunt concoctu faciles, & boni succi, & me
diocriter humectates q̄ durę cum carnis nō
sit Secundo loco succi bonitate sūt marini
qui in hostijs fluminū uitam agunt, at qui i
luto & stagnis aluntur improbi. pisciū lues
ciboni signa, ut mollem hēre carnem, gluti
nosos non esse. Tæiro carere odore, neq; ad
modum pingues esse, in aereq; cōlestīm nō
immutari, ac putrescere. dein gustu suaves
esse, peliem hēre tenuem, nam huiusmodi fa
ciles concoctu sunt, probatumq; gignunt
sanguinem, tæsthi a cunctis piscibus genit⁹
sanguisq; a terrestrib⁹ animātib⁹ tenuior
est, luuare creduntur pisces fessos & imbe
cillos & a morbo reuocatos. nihil aliud per
hibent quidā eos habere q̄ sanitatem tueas
tur ut utilem gignant sanguinem. Qui por
ro in puris aluntur pisces fluuijs probati suc
ci sūt, in turbidis inutiles, malo succo offen
dunt suo. Qui in locis minime uentosis ui
tam agūt pisces improbati, et marini magis
Qui in stagnis, & coenosis locis multā cōtra
hunc humiditatēm. ac marini quidē pisces
concoctu faciliores. Vtiles sunt pisces eis q̄
flava abundant bili pituitosos offēdunt, q̄
q̄ laxos habēt neruos præsertim per hiemē
inq; frigidis regionib⁹. Exigui pisces in pu
eris ac fluēti aqua in terra rubra, & glareosa,

& harena deg̃etes boni. At ceteri & igentes
concoctu difficiles, & crassi sunt succi. Qui
piscibus uesti non sunt consueti, ab ipsis plu-
rimum offendūtur a siti ob ipsos obſident
tametsi frigidi, humectiq; sunt, præſertim
biliosi uentres. Ius saxatilium pilciū uentrē
citat. Salsi pisces calidi sunt & aridi, crassūq;
humorem secant, ac attenuant, meliorisq;
succi, qui salsi, & carnis durioris pl̃o impro-
bitatis nanciscuntur. Aliunt quidā uitādum
esse salorum pīcium uolum post sanguinis
detractionem, quod utiligines & scabies gi-
gnant.

De pomis

Pomorum multae sunt species, quę acerbes
cunt frigidi & terrestris sunt succi, quę acida
apparent frigidi quidē, sed tenuis, at mediæ
cōplexionis dulcia ad calidiorum declinans
tia qualitatem. Acerbes ceteribus igitur ueste-
dum cum ob distemperatiā calidā. uel hu-
miditatem multam infirmus fuerit uenter.
Talia nāq; uentre cohibent acida exhibē-
da sunt cum in uentre crassus humor cōtra-
etus fuerit non admodum frigidus. hunc si
quidem secant. ac dehorſū subducunt. Duls
cia porro frigidum uentre habentib; cōs-
gruunt. proſunt autem morsibus uenenoſis
neruos offendunt, magis immatura. Ferūt
ob

obliuionem inuehere explebiliter uescientibus. Ad mentis consernationes, exanimatio[n]es, & cordis imbecillitates utilia. rubra cortice, & aquosa matura flauam extinguit bilem. oblonga, et rutilum habentia colore undiq[ue] parauisa uulgo nominata uisum tueri perhibentur sua quadam naturali proprietate,

De papauere.

Papauer dictū codia frigidū est & aridū in primo gradu. melius atro album est. somnum citat. difficile concoctu. exigui nutrimenti, cū melle sumptum bilē auget. thora iuuat, asperāq[ue] arteriam. tuſſes, & uenit. tremfittit. non ut quidam citat. caput offensit & saturatim sumptum capitis molestiā gignit. Quidam uigilantibus nimium frōti apponunt, ut somnū uocet. atrum papaver frigidū, magiscq[ue] somnū allicit, ut si quis nimius in eius usu fuerit, profundissimo sōno sepeliatur, ut lethargici cū oleo rosaceo capiti appositum dolori capitī ex caliditate succurrit. Tradunt nō ignobiles medici cū lacte muliebri et croco ī pactū podagricos leuare. Eius succus lethalis est. Atri nāc p[er]paueris succus est, qui opium nominatur.

De pepone

Pepo frigidus & humidus in secunda diſtantia, minus autem frigidus, qui dulcis. Est

D s fane

Dicit uī
gelidā siccā
cāq[ue] papa
ueris esse.
Tres illi tri
buūt speci
es, flos uni
us albus
Alterio ro
seus, ruber
us pallēscq[ue]
minoris.
Flos est ē
Macer

Sane maturus essentiae tenuium partium
abstergendi, & secandi, ac dispescendi, parti
ceps essentiae, & perinde urinam citat, corpore
q̄ illustrat, præsertim si inarefcat semen, &
contundatur in usum abstergendi ueniet,
id namq; plus longe absterget, & calculo-
sis in renibus congruit. Improbum pepon
in corpore gignit humorem, præsertim cū
non bene coquitur. Expedit ipso uesti anie
alium cibum pituitosis, ac redundantibus
uinum uetus insuper potare. biliosis nō nisi
hil acidum ne bilem exacuat, iniendaq; po-
stea cōuenit omnibus boni succi cibus. Hu-
iusmodi namq; ex ipso auertit detimentū.
Est namq; facile mutabilis qualitate, siue in
pituitam, siue in flauam incurrat bilem, nō
difficulter in ipsam cōmutatur, ac flaua bili-
losos autem admodum maturus. cōcoctū
difficilior dulcis. Quicunq; calidum habent
uentrem, & bili flaua abundantes obledūtūr
si uinum cū eo potent, quod uinum fistat,
& ipse non facile cedat. Hinc acrior euadit,
qui ex ipso humor in talibus corporibus ē
etiam nauseosus, sed attenuat crassos & glu-
tinosos humores. Calculosis tradunt, pmē
dum statim non esse panem, neglutinositas
in renibus cōmoretur, præsertim nisi probe
leuior

leuior fermento fuerit. Probantur autem longiores magis rotundis, utpote ad ciendam urinam aptiores, magisq; abstergeant. Cū eti aluum subducunt, & quibus aluus citat hi minus offenduntur. rem uenereā, semēq; cōminuere perhibentur. Pepon, qui uulgo tucus nominat, ut quidā ueteres. Charas cænus frigidus, humidusq; atq; utilis esse traditur aduersum estuofas febres quas causos uocant, simplicesq; tertianas, & uentre calidos. At complexione frigidis & stomacho humidis perniciosus.

De Pistacijs.

Pistacia parū nutriunt, suntq; calida & arida in secundo gradu. opilatis succurrunt subacerbescente qualitate odorata, Galeni in sua stomacho neq; prosunt, neq; officiunt at posteri utilia stomacho argumentantur prosunt contra morsus uirulentos. gignūt uero sanguinem tenuem, attenuatq; crassos & glutinosos humores. pistacinum oleum pectori utile, & renibus & pulmoni.

De porris.

Porrum calidum & aridum est i secūdo gradu, eçq; malī succi, et urinam cit, obiūdit & uifum si in iugem usum perueniat, difficit lemoq; facit somnū malum stomacho. calefa cit lemen, & capitis dolorem facit, & iecur offedit

offendit, & renes et uesicam. utile aduersum
hemorrhoidas aqua coctū cū aceto & garo
& oleo & cumino conditum prodest frigis
dis stomachis.

De perdice

Perdicum caro facilis cōcoctū pr̄sertim
si post obitum statim non manducet. ab̄icit
namq; , quam habet in se duriciem. cohís
bet uentre, & sanguinem dignit tenuem
ac si in crassum incurrit sanguinem ipsum
attenuat. pr̄sertim alæ, & sub alis. reliquū
facile concoctū quietis ab exercitio confert,
& potentia debilibus, & tenui uictu utcūb⁹
humidisq; stomachis perdicum medula cū
vino sumpta arquatos iuuat. iecur autē co
mitiales. sel a principio suffusionum oculis
admodum prodest. hebeti confert uisi in
naribus cōmoratum memorem facit.

De pipere.

Pipér calidum & aridum in tertio gradu
secat crassos & glutinosos humores, distra
hitq; fatus Dissipat autem etiam in pectore
& pulmone, & uentre humiditates. offēdit
renes & in ano positum post coitū traditur
cōceptum impedire muliebrem, sterilemq;
facere. Nonnulli ipsum in quarto gradu
posuere calefacentiū, & arefacientium.

De pauonibus.

Pauonina

Virtutis
siccę pi
per afferis
tur, calidę
q;. Terti⁹
esse grad⁹
cōceditur
huic in
utroq;

Pauonina caro fibrosa, & redundans & cōcoctu difficultis, & mali succi. Prodiderūt quidam ipsius apozema sua quadā proprietate prodesse pleureticis. pr̄sertim si succo sum & pingue sit. Adeps ipsius cum succo ruta et mellis ipensissime prodesse feriur ad uersum lāgores colicos ex humore frigido exortos, ossa huius exusta, et intrita aceto, et illita aduersum lepras, & uitiligines pdest.

De phasianis.

Phasiani concoctu faciles & boni succi, sanguinem gignūt, ac omnino ut gallinare caro existimāda, ut similitudine quoq; non plurimum ab illis absunt.

De persicis

Perfica in tertio refrigerantium & humectantium ordine ponuntur. generant uero humorē pituitosum, suntq; cōcocti difficultia, & facile in uentre corrūpuntur, ob hoc qui eis expletur a febribus capiuntur, sua quadam pprietate n̄eruos offendūt, oportet autem ante alium cibum manducare, & merum potare uīnum, quæ matura sūt aliuū citant, quæ immatura astringunt, & magis adhuc si arida. foliorū succus porū uermes perimit, similiter capitū impositus sicut & nucleus eiusdem, qui mansus glutinosū ex carne genitum humorē discutit. Suscitat perfica

persica appetitum, & ardenti cōseruit vētri,
& semen augent. in sanguine serū quoddā
incorruptum generant, inde ad mensem
aut duos ex putredine febrem, id celerius
armoniaca sicut facilius resoluunt. Cauen-
dum itaq; ne tum aqua potetur, aut acidus
cibus manducetur.

De carne porcina.

Porcina caro boni succi, & annicula cō-
coctu facilis. humano corpori consimilis.
Feruntur namq; quidā necessitate urgente
quādoq; humana carne pasti, narrasse por-
cinæ carni uideri persimilem. Est autē plus
omnibus edulījs nutriēs nāq; nisi admodū
temperata fuerit porcina caro, cibū iprobū
(pascitur namq; quibusuis foedissimis) i op-
timam nō cōmutauerit carnem, quēadmo-
dum humana corpora si fuerint temperata
ab improborum cibis non offenduntur, ac
licet post oblanguescant. transmutant tamē
postea in boni humoris naturam homines
Consestim namq; obstruunt & redūdantē
faciunt pituitā, gignuntq; humorem glutin-
osum, quæ si affatim cōcoquantur, optimū
probatissimūq; faciunt nutrimentū.
magis autem si ficubus aridis porcus nutri-
atur, nam ita plurimum suavitatis, & boni
habere succi perhibetur. eius pulmo ipacq;
pedū

pedum hulceribus, quæ ex calceorū pressu
ra obuenerunt plurimū conferre traditura
iecur cum uino sumptū aduersū virulentos
morsus uule est. huius astragalus inflatiōes
distrahit uentris, capitiscq; dolorem soluit.
pedes probauit, boniçq; succi perhibentur cōs
coctu faciles, et perinde utiles. meliuscule ex
morbo habentibus, & Galeni s̄nia tertiana
febri languētibus utiles, q̄ flauā extinguant
bilem. Fel a refactum sanguinis fluori mede
tur. Adeps cum cumino & aqua ammixta
podagrīcos iuuat. Recēter editi porculi hu
midi sunt & redundantes, nec tam boni suc
ci, ideo ne quidem uescendum, sicut nequi
dem ueteribus. Illud præstans in hac carne
serina, quod nihil redundans, nihil glutino
sum gignat.

De pane.

Panis non una species tum a materia, tū
ab ipsa factura eueniēs, & postremo a coctus
ra. At refert etiam non parū quomodo ues
care. Optimus certe ex frumento denso, &
electi grani, ut dentibus non admodum re
luctetur, fractusq; rarus ut sit, & laxus uidea
tur, nec solus color satis frumenti, at frāgen
dum. Cibarius igitur panis exigui nutrimenti
est, citocq; euadit, ob abstergendi, quā hñt
uim ex surfuribus intestinis efficientib⁹. Qui
pur⁹

purus & selectæ farinæ mollis, meatus tar-
di. quanto purior, tanto probatoriæ gignit
sanguinem, magisq; nutrit. Primus puritas
ex filagine. dein qui semidalites nominat
tertio loco cibarius. concoquuntur maxime,
qui admodum fermento leuatus, ac pinsus
subactusq; ui multa. dein tostus ignis ten-
perato in clibano. Qui subitaria ignis ini-
ctione obsidetur foris sumo tenus crustescit
ut improbatus panis euadat, tum q; intror
sum cruditatem amplectatur inutilem, tum
q; foris aridum non facile cōcoquatur. at si
infra mediocritatem ignis constiterit panis
crudior efficitur præsertim iternus. Qui x̄o
mediocri igne diutius in ea æqualitate rete-
ti panes coquuntur. Hi facile coquuntur, in
cæterisq; efficaciores euadunt. Optimi igit;
tur clibanitæ quo diximus modo cocti &
parati, deinde furnacei eodem modo cōcin-
nati, quod non æque, ac clibanitæ in totum
coquuntur. Calidi igitur panes tardos me-
atus habent, multumq; nutrunt, facilesq;
concoctu. refrigerati difficiliores concoctu,
nec utiles æque. Ad cōplures afferuntur, qui a pa-
ne auertat semidalite, quod iecur statim ob-
struat lieneq; et articularib⁹, et calculosis ad
uerset ob ui glutinādi, quā habet simulago

Dc

De R. De rapis.

Rapæ calidæ sunt in secundo gradu, huius
midæ in primo, satisq; nutriunt, & urinam
prouocant, & inflant, & semē gignunt, gue-
nur & thoraca leniunt. in iugem usum si ues-
tiant crassum humorem gignunt, & iecur
obstruunt, uentrem neq; laxant, neq; astrinx-
gunt. Cum aceto autem & lacte mansæ ap-
petitum acuunt. Cōperimus ueterū quosdā
rapa genere neutro protulisse. semē tritum
& potum ueneris cupiditatem incendit. Fe-
runt quidam quo die quis semen rapæ cala-
minthæ, & lemniae ammixtū sumet a uenes-
no ac morsu uirulento immunē fore, ingui-
nibusq; langoribus ita nominatis sua qua-
dam succurrit proprietate.

De rore marino

Ros marinū calidum est in secundo gra-
du. aridum in primo, habetq; quandā acer-
bescendi qualitatem. uentrem cohivet & af-
ficit. Suffitu autē iuuat aduersum tusses,
& distillationes. mestrua agit tam potum q;
suppositum. Suam quādā habet p̄prietatē,
ut suffitu auertat pestem, & ob hoc pestilēti
tempore expedit domos frequenter rore ma-
rino suffire, quod aeris qualitatem mutatā,
& corruptam reddat meliorem.

De ruta.

E . . Ruta

A mediis
cis rutę uis
seruida di-
citur esse.
Siccaq; ser-
tur in his
grad⁹ illi
terti⁹ esse.

Ruta agrestis calida & arida i quarto gra-
du, domestica in tertio. secat crassos. ac glus-
tinosos humores, & per urinam exhaustis,
congruit aduersus inflationes, uenerēa cupi-
ditatem colibet, plurimūq; arefacit. Agre-
stis ruta potestas inflamat & hulcerat præ-
sertim uesicā, ob hoc podagrici medicamē-
potantes ex agresti ruta, grauiter ex uesica
afficiuntur. At qui non ita offendūtur adiu-
uantur. Sunt qui huic medicamini ammisce-
ant ex domestica ruta, quo uesica minus of-
fendatur. Prodest aduersum aquam intercu-
tem inflationes. & carnis augmentū, & ad-
uersum morsus uiperæ, necnon papaueris
succum, et aconitum potentes, colicosq; po-
tum, & appositum. Fertur mansa ruta hebe-
tudinem leuare, ideo ueteres ac pictores p̄
petuo uescabantur. Quidam eius succum
melli miscentes remedii ad uisum acuendū
cōcinnauere. Disuījs quoq; succurrit cum
oleo cocta, & inflamatæ uesice in anhelitus
difficultate data cum melle statim iuuat. me-
deturq; pota, & per clysterem imissa lethar-
gicis exoluit a piscibus morbos, qui frigidū
humorem ingesserunt pota & impacta, po-
dagricis & quibus genua dolent ex humos-
lores. Crustę a carbunculis statim abeunt si-
fiat

flat cum melle cataplasma, uel ex uia paſſa
Confirmat intestina non ob caliditatem moſ
ſed iua quadam proprietate. Iſchiadicis pro
deſt, amoueitq; obſtructions iecinoris, & liſ
enis, abſtineant tamen flaua bili redudates,
eos namq; caleſacit, & tenuem ipſorū reſol
uit ſanguinem, relinquitq; crallum, inde me
lancholichum facit. Fertur ſuccus eius poſ
amuliere grauida abortū facere, ac ſi ad qn
decim dies folijs mulier uescatur idem euē
turum, nec non ſi ieiunus quispiam mandu
carit eo die a ueneno fore immunis dicitur

D e radicula.

Radicula, quam rhaphanida gr̄ci uocāt
caleſacit in tertio gradu, & areſacit i ſecūdo
ut ex Galeno poſſumus coniſcere. Veteres
citra panem ullum exhibebāt, ſicut dauciū.
Ait namq; multos cum garo ante cibum fu
mere ut aluum citent agricolæ etiam cū pa
ne, cibum eleuat, ob hoc ruſtus olētes facit,
quod cum accidit iſpa abſtinēdū ne reliqui
corruſantur cibi. Acrem habet qualitatēm
& attenuandi potestatēm qua ſecat & abſu
dit, atq; asperam arteriam uocemq; rauca
facit, ſua proprietatē dolorem articularem
intendit, urinam citat, ut Diſcorides putat
integros ſenſus facit. Indi putant inde acui

ingenia, mentisq; celeritatem fieri. Fertur si quis corticem cum sale uorarit, ructus solitos non fieri, eius apozema opilationem at mouere prohibetur, ob hoc arquatos s̄pē iuuat, & obstrūti habentes iecur & renes, & uesicam, acuereq; uisum. item succus cū oleo rosaceo calidus, auribus instillatus surditati medetur post coctionem exhibita sit h̄emorrhoidas. sua quadam uī iuuat hydrochondria ante cibum sumpta, cū mellie tussibus, & anhelitus difficultati succurrit, eius folia splenicos morbos leuant. quidam cum acetō utuntur ad uomitus, inde pituita euomit multa, liberanturq; a febribus quotidiani & quartanis. succus eius scorpiōes perimit. infusus quicq; eum deuorarit eo die a morsu scorpij non offendetur. item si rhabanidis succum manus illeuerit, fricueritq; citra periculum serpentes attrectabit.

De rosa.

Dici flos florū nobis rosa iure uidetur. Quę speciē cunctos pcedat, odoreq; flores.

Rosa frigida est & arida exacerbescēt & amara qualitate constans, iuuat autem calida capita olfactu. offendit humida, & distillationes citat. sumpta iuuat febricitantes ex flaua bili. Confirmat stomachū, & iecur sua quadam uī testiculos offendit. acres exhalationes cohibet ne in caput scandant.

De sale.

Sal

Sal calidus est in secundo gradu. aridus
in tertio acerbescentis particeps est qualitas
tis. prodest cōplexione pituitosis. uentrem
citat, & corpora arefacit. habet abstergendi
uim, appetitūq; acuit, quo si quis i modera
te uratur torret sanguinem, et hebetē uisum
facit, semēq; imminuit, & pruritum suscitat
intestina offendit. dentibus infriktus humi
ditatem inter dentes uersantem depascitur,
eliquat i uentre humiditates. Fertur ex uini
erapulæ detramento mederi intritus potio
nibus.

De saccharo.

Sacchar, ut alij saccharis, ut alij saccharū
calidum est, & humidum in primo gradu,
potestatem habet abstergendi, & urinā mo
uendi, sicut mel, nec tamen sicut ingerit, sis
cut mel, necq; morsum i stomacho. citat aut
uentre, iuuat & stomachum, & thoraca, &
renes, & uescicam. Quidā frigidum esse opis
nati sunt, qui ab a'ris insignibus medicis co
arguntur, quod se in alio dicant calida ui
tus, q nouum, quod sit tenuius, & calidius,
nisi quod capiti inuehit dolorem, dilutum
autem aqua, aquæ frigiditatem subit, & res
frigerat, suffitu & olfactu iuuat aduersū cas
pitis distillationis.

De seutlo.

Seudum calidū & aridum in tertio gra
du.

gradu, beta a nostris nominatur, cuius suc-
cus mediocriter absterget uentrem ad fluē-
dum excitat, & stomachū quādoq; uellicet
præsertim debilē, ideo edulijū improbaū
stomacho sēpius in usum adueniens Ab ip-
so nutrimentum paucum ut holerum alio-
rum, idoneū ad pellendas opilationes ex-
iecore, si cū aceto manducet, ita etiam splen-
cis remediū præstans est. Constat yō seutū
ex contrarijs potestatibus succus nāc; ipsi
calidus, & subducit aluum, & siticulosus ē,
at corpus ipsū densū suis partibus, et inflās
& difficile concoctu, & frigidū, & uentrem
astringit, ideo admodū coctū imutata ī qua-
coqueatur aqua, uentrem astringit, quod ni-
troī amittat qualitatēm qua uentrē laxat.

De sephia

Sepia difficultis concoctu parū humoris
salsi, in sese habet, si concoquāt, non exigūt
corpori igerit nutrimentū. Cæterū gignit
crudū humorem, quare acribus condiēda
est mixtionib; uinumque potandum ut-
rus, & ienuē.

De sesamo

Sesamū calidū est ī primo gradu hāmidū
in extremo eiusdem. ob oleosum, quod cō-
tinet ip̄e, satiatq; uescēces. statim subuertit
stomachū, ac sero cōcoquit, pingueq; corpori
pr̄ebet

præbet cibum, & sitim citat. si quid in densis
tib⁹ ex eo relictum fuerit grauem oris facit
olentiam, mēstrua adtricat, & p̄cordia of-
fendit, immoderate sumptum obstruit tam
iecur, q̄ lienen.

De sinapi.

Sinapi calidum est & aridum in medio
terris distantie, uim habet resoluendi & di-
strahendi in capite & stomacho humiditatē
iuuat aduersum inflationes, splenicosq; lan-
gores, qui ab humiditate, & quartanas, que
ex adusta pituita, et podagras, que ex pitui-
ta, uisum offendit, calidumq; caput, & cali-
dum iecur, efficax ad cōcoquendū & cibo-
rum crassiorum discussionem, eliquat in uē-
tre humiditates. impactū lepras discuūit, &
in melius uertit. linguam humiditate graua-
tam arefacit. cum melle ad tusses prodest cū
sicibus aridis impactū ischiadicis uile. sple-
nitis cōfert interna ad extremā cutem reuo-
cando. suffitu serpentes quacūq; fugat

Quæ a.t. liuera.

De thynno

Thynnus crassi humoris est, cōcoctu dif-
ficilis, & improbum gignit humorem Tra-
dunt quidam eius sanguinem malis illitum
barbæ ortum impedire.

De tetrangura.

E 4 Tetrāgura

Inter eas
quas Py-
thagoras
laudau-
rit herbas
Afferit pri-
mā laudē
tribuisse si
napi. Qu
art⁹ ei gra-
dus est in
ui sicca, ca-
lidaq;

Tetrangura nominata frigida, & humida secunda gradu extenso. Sunt qui ponant in tertio, pituita in uentre glutinosam gignunt, quae cruda in uenas dilabitur, ob hoc quis frequentius hoc utuntur edulio collecto distinno humore in uenis, & corporis reliquis cavitatibus longis capiuntur febribus. semem urinam citat, non tamen ut peponum. Cofestim namque in uentre corrumpuntur. melius qd' seminis parui est. iuuat calidos & aridos stomachos, et in aestuosis febribus, quas cau- sos uocant cum aceto exhibitum plurimum conservat. suu tetranguri, seu ut uulgus nominat anguriæ, & lenire colores uentris naufragias facientes interna sunt comedenda, quia exteriora concoctu difficultiora, & humoris maliti, & quasi uirulenta. Alia quadam proprietate esse prestant, quod mente consternatos ob ingentem calorem reuocant. Quod si pista in uentre occurrit nauseae faciunt, necnon colicos langores suscitant, atque morbos hypochondriacos.

De uiolis.

Dicit huius
mida uis
illis. & frigida
primo
gradu, spe

Violæ frigidæ sunt in primo gradu, humidæ in secundo. iuuant aduersum intestinis norum dolores, at cor offendunt. a flaua bilii capitis dolores sopiunt. tamen olfactæ, que poterunt uentrem mouent educendo, quam flauam offenderit

offenderit bilem. aridum humectant caput cies tres eē
calorem refrigerant olfactu, & somnū cons leguntur
ciliant, nisi q̄ humidis capitib⁹ pituitam ḡ carum.
gnunt. Harum apozema puerorū cynāchis
& comitialibus medetur. uirides capiti im-
pactæ mirifice suum odorem aduehūt oleū
ex ipsis cōfectū similis est potestatis ad refri-
gerandum & humectandū. Tradunt auē
quidam illitum in balneo ante sudorem eo
in corpore nō habiturum exanthemata uel
hulcera. Confert autem aduersum capitis
dolores qui ex causis excitati sunt febribus
olfactum & illitum, quod ex ipsis paratum
alij ioscharum , alij iozulopum uocant, id
thoracis, & pulmonis firmitudini utile. Fe-
brium ardoribus non modo a flaua bile,
sed etiam phlegmate. uentri quoq̄ calido, et
gutturis asperitati. confirmat uentrem, & in
testina. immoderatum fluxum menstruo-
rum difficit

De uino.

Vino alij utuntur quod prosit. alij q̄ mē-
tem exhilararet. alij q̄ gustu ingerat uoluptas-
tem. alij cunctis de causis. Est igitur uinum
nouum calidū in primo gradu. at admodū
uetus in tertio, medium in secundo. naturā
habet corpus nutriendi, ac rufum, & crassū
in sanguinem uertitur. at admodum ueius,

E S in

in teruo. medium in secundo est corpus nutri-
entium. Rufum inquam et crassum acco-
modatissimum sanguini, inde nigrum & dulce
& crassum. dein austerum, in de rubellum, mi-
nus omnibus albū & tenuē. Inter uina, quæ
crassa magis nutrunt. crassa tamen sunt
uentrem, & quædam ex ijs iecur obstruit,
& liene, & renes. hinc alia aquam intercute-
gignunt. alia calculos, qui frequenter utantur
præseruum senes. Mediocris ergo complexio
colore rufum substantia tenuē, & aliquātus
lū acerbescēs. pituitosis uetus et tenuē, &
rubellum, & bene olens, & salsum, nec solū
nutrit uinum, sed magnis opportunitatib⁹
efficax ad nutrimentū, cibumq; bene cōco-
quēdum. insitam excitat, augerq; caliditatem
Traduntur multi corpore aridi eo usitata
peratum habitum perducti, proprietatem
habet insignem ad cibum in membra trai-
ciendum, statuendūq; perq; angustissimum
meatus sua tenuitate membra calefacit, ido-
neamq; efficit cōcoctionem, et urinā mouet
per quam non minima pars excernitur sus-
perfluitatum. Manifesta magis est uini effi-
cacia in frigidis, & aridis corporibus, & i ge-
bus minor insedit caliditas, ut in senibus &
languidis uinum uetus uentrem citat, & ob-
structiones laxat, aperitq; Perutile, qbus in
corpe

corpe pituita multa cōgesta est. Nouū infla
tiones facit, & difficulter cōcoquitur, crassū
& humorem gignit, aggrauat caput, et capi
ti dolorem inuehit. Vitandus est uini usus
calidis, & febricitantibus. Inquit enim de cō
plexionibꝫ Galenus. uino sua & eximia ex
istit in mutatione celeritas. est nāqꝫ ut facula
& filum oleo perfusum, stuppaqꝫ, et pix. Eiꝫ
porro quod mentem exhilarat, uim aiunt
quidam humorem attenuare melancholi
cum. alij simpliciorem & fluidum efficere
sanguinem, hoc consequūtur cōiectura ex
sanguinis copia, quæ in amētium capite cō
fedit. Est nempe talium amētia cum risu, nec
corpore modo hēc facit, sed in animā miras
mutationes aduehit. exhilarat eam, & spem
aduehit bonam, et ualentia. Contra uideas
alios tumidos ex potu, qui ante audaces &
alacres, spe quoqꝫ erigi. alios parcos ac tacis
